

rem triennalem, etiam ad titulum patrimonii vel pensionis pro necessitate vel utilitate ecclesiae cui ille est adscribendus ^{c)}.

Imo Gabriel Vasquez censet posse eum ordinare, etiamsi non habeat patrimonium; sed hanc opinionem Barbosa ¹ merito falsam vocat.

Quonodo computetur triennium famulatus.

Praeterea Renzi ²; et Barbosa ³ cum Garcia, Riccio et Molfesio (qui etiam decisum a S. Congregatione asserunt) sufficere ajunt triennium adhuc incepsum antequam fuisset episcopus ^{d)}. — Advertunt tamen communiter Renzi ⁴ cum Palao, Tamburinio, Marchino et Leandro; ac Barbosa ⁵ cum Molfesio et aliis, tempus triennale debere esse continuum: hoc vero intelligendum moraliter. Unde censet Renzi ⁶ non interrumpi triennium, si familiaris per aliquod tempus alio discedat: idque probat ex cap. fin. de verb. sign. in 6^o, ubi interrogatus Papa quis veniret nomine clericorum suorum, respondit venire clericos familiares continuo domesticos commensales, etiamsi aliquando pro suis negotiis ^{e)} abesse contingat.

Gabr. Vasq., disp. 243, n. 49. — ¹ Alleg. 5, n. 12. — ² De Ordine, cap. 1, sect. 3, qu. 13. — ³ Loc. cit., n. 8. — ⁴ Garcia, de Benef., part. 2, cap. 5, n. 83. — Riccius, Prax. aur. rerum ecclesiast. fori, part. 1, resol. 278^{bis}, i. f. Cfr. Collectan. decis., part. 3, collect. 596. — Molfes., part. 1, tr. 2, cap. 2, n. 8. — ⁵ De Ordine, cap. 1, sect. 3, qu. 13. — Palau, tr. 29, disp. 4, punct. 10, § 1, n. 4, v. Secundus est; et tr. 27, punct. 15, n. 6. — Tambur., lib. 7, de Ordine, cap. 7, § 2, n. 3. — Marchin., tr. 1, part. 5, cap. 9, n. 2. — Leand., disp. 8, qu. 24. — ⁶ Loc. cit., num. 9. — Molfes., loc. cit. — ⁷ De Ordine, cap. 1, sect. 3, qu. 18. — ⁸ Consil.

Item advertunt Renzi ^{f)}, Sanchez ⁷; et Barbosa ⁸ cum Navarro, Sayro, Ugolini et aliis pluribus, non posse episcopum dispensare super interstitia cum familiari ordinando ad titulum beneficij statim conferendi ^{g)}; quia hic nondum est subditus. Et ita refert decisum a S. Congregatione Garcia apud Renzi ⁹. — Bene tamen poterit dispensare post collatum beneficium, quia ratione beneficij collati jam fit subditus; ut dicunt Piasecius et Campanile, apud Barbosa ¹⁰; et pariter id a S. C. decisum refert Pittonius ¹¹, die 26 Maii 1594. Sed hoc intelligendum (ut diximus n. 775), si adsit necessitas vel utilitas Ecclesiae ^{h)}.

Quaeritur: *an famuli famulorum episcopi possint ex hoc evodem titulo ab illo ordinari?* — Affirmant Sanchez ¹², Diana ¹³, Salmant. ¹⁴, Aversa, Henriquez ⁱ⁾, modo absit fraus, nempe si ad hoc episcopus permittat familiares suos plures famulos habere ut possit eos ordinare; et modo omnes expensis episcopi alantur, ut advertunt Salmant. ¹⁵ cum Henriquez ^{j)}. — Ratio, quia hi omnes revera tunc tamquam famuli ipsius episcopi reputantur.

Quando episcopus dispensare possit cum famulo in interstitia.

mor., lib. 7, cap. 1, dub. 27, n. 3. — ⁸ Alleg. 5, n. 14. — ⁹ Navar., lib. 1, consil. 12, de tempor. ordinat. — ¹⁰ Sayr., decis. 28, lib. 1, tit. 7. — Ugolin., de Potest. episc., cap. 26, § 4, v. f. — Garcia, de Benef., part. 2, cap. 5, n. 86. — ¹¹ De Ordine, cap. 1, sect. 3, qu. 12. — Piaseci., Prax., part. 1, cap. 1, art. 2, n. 15. — ¹² Campan., juris, Diversor. rubric. 9, cap. 9, num. 3 et 4 cum num. 1. — ¹³ Alleg. 5, num. 15. — ¹⁴ Decis. pro episcopis, n. 352. — ¹⁵ Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 20, n. 24. — ¹⁶ Part. 4, tr. 4, resol. 145. — ¹⁷ Tr. 8, cap. 4, n. 57. — Aversa, qu. 3, sect. 6, v. Quartus modus. — ¹⁸ Loc. cit.

tamen addit: « Nec sumo ita amare verbum, quin etiam pro suis propriis interdum possit abesse ».

^{f)} Renzi, loc. cit., qu. 12, v. f., oppositam sententiam tenet.

^{g)} « Nisi pro ecclesiae sua utilitate », adit Garcia.

^{h)} Apud Pallottini, v. Sacramentum Ordinis, § 5, n. 42, in generali declaratur episcopum non posse remittere interstitia, nisi sit ordinandi Ordinarius. Posse tamen, ibid., n. 37, cum regularibus super interstitia dispensare, dummodo habeant dimissorias a suis superioribus.

ⁱ⁾ Henriquez, lib. 14, cap. 17, n. 3, ita sane videtur tenere, eo quod in comment. negat famulum famulorum episcopi posse sic ordinari, « qui in externa domo famuli alitur, et non expensis episcopi ».

DUBIUM II.

Quae requirantur in Ordinando.

781. *Quinam valide aut invalide ordinentur.* — 782. *An valide ordinentur infantes.* — 783. *Quae requirantur ut quis licite ordinetur, apud Busenbaum.* — 784. I. *Ut sit viator; non neophytus, non infans, hermaphroditus, irregularis, etc.* — *An autem remaneant ordinati irregulares, etc., quos episcopus protestatur non intendere ordinare.* — 785. II. *Animus clericandi.* — Dub. 1. *An peccet suscipiens ordinem, nolens ascendere ad superiorem.* — Dub. 2. *An peccet clericus in minoribus, si uxorem ducat.* — Dub. 3. *An peccet suscipiens tonsuram ad effugientium forum.* — 786. III. *Ut sit confirmatus.* — 787. IV. *Ut habeat litteras dimissorias.* — Not. 1. *Episcopi regulariter tenentur per seipso ordinare.* Not. 2. *Licentia data non expirat morte concedentis.* Not. 3. *Episcopus confirmatus potest dimissorias concedere; non vero suspensus, etc.* Not. 4. *Potest episcopus eas dare etiam in aliena dioecesi existens.* Not. 5. *Non potest vero vicarius generalis.* — 788. Not. 6. *Quid de capitulo sede vacante.* Not. 7. *Quid de abbatis.* Not. 8. *A quibus debeant habere dimissorias regulares.* Not. 9. *Quid, si Papa det licentiam cum clausula, ut quis ordinetur a suo Ordinario tantum.* Not. 10. *Potest episcopus confirmare habentem dimissorias.* Not. 11. *An ordinatio debeat fieri a certo episcopo designato.* Not. 12. *Sufficit licentia ore tenus.* — 789. Dub. 1. *An episcopus possit ordinare alienum sub spe rathabitionis.* Dub. 2. *An episcopus ordinans possit dispensare cum alieno super irregularitate, etc.* — 790. V. *Examen de scientia, juxta qualitatem ordinis suscipiendi.* — 791. Qu. 1. *Quae debeat scire sacerdos, praesertim circa sacramentum Poenitentiae.* Qu. 2. *An illiterati sint irregularares.* Qu. 3. *An in regularibus minor scientia requiratur.* — 792. *Quid ultra notandum circa examen.* — VI. *Titulus sustentationis: de quo infra, ex n. 813.* — 793. VII. *Ut ordines gradatim suscipiantur.* — 794. VIII. *Ut ordines suscipiantur tempore debito.* — *Utrum in festis liceat ordinare in minoribus plus quam duos.* — 795. IX. *Ut serventur interstitia.* — 796. *An qui eadem die suscipit duos ordines sacros incurrit suspensionem.* *Quid, si in sabbato suscipit unum, alium in dominica.* Dub. 1. *An haec suspensiō sit latae sententiae.* Dub. 2. *An incurrit suspensionem qui suscipit duos ordines sacros, non servatis interstitia.* — 797. *An liceat eadem die suscipere quatuor ordines minores cum subdiaconatu.* Dub. 1. *An excusat consuetudo contraria.* Dub. 2. *An taliter ordinatus incurrit suspensionem.* Dub. 3. *An regulares possint ordinari extra tempora.* Dub. 4. *An ipsi tunc possint ordinari in quovis festo duplice.* *Quid de initianis in tribus diebus festiis.* — 798. X. *Ut servetur locus debitus; et existentialia episcopi in propria dioecesi.* — 799. XI. *Aetas debita; alias incurrit suspensiō.* — Dub. 1. *An eam incurrit qui ordinatur ante aetatem ex ignorantia crassa.* Dub. 2. *An mala fide ordinatus ante aetatem, possit, ea completa, ordinem exercere.* Dub. 3. *An incurrit irregularitatem suscipiens sacerdotium ante aetatem.* *An autem irregularitatem qui ordinatur irretitus censura (Vide ibid., v. Utrum).* — 800. *Quonodo computanda aetas.* Dub. 1. *An possit ordinari mane qui vespero compleat aetatem.* Dub. 2. *An computandus annus bissextiis.* — 801. XII. *Exercitium ordinis suscepti.* — XIII. *Sumptio Eucharistiae.* — XIV. *Probitas vitae.* — 802. XV. *Vocatione divina. Quae sint ejus signa.* — 803. *An peccet graviter qui sine vocatione ordinatur.* *An peccet episcopus hunc ordinans.* — 804. *Haec vocatione tanto magis requiritur ad episcopatum et parochiam suscipiendam.* — 805. *Quae sint officia ordinatorum.*

Quale subiectum va- lidae ordinacionis.

781. — « Resp. I^o. Ad validam ordinacionem requiritur et sufficit, ut sit *mas baptizatus*. — S. Thomas¹, Coninck², Vasquez, Filliucci³.

« Unde resolves:

« 1^o. Incapax ordinum est, et quidem jure divino: 1^o. *Femina.* Vasquez, Reginaldus, Filliucci⁴. [Ita S. Thomas⁵, Salmant.⁶ et alii communiter; estque de fide definitum in cap. Nova, de poenit. 1^o Suppli., qu. 39, art. 1; cfr. qu. 35, art. 3 et 4. — 2^o Disp. 20, dub. 10. — Vasq., disp. 245; et disp. 246, n. 6 et 7. — 3^o Tr. 9, a n. 73. — Vasq., disp. 245, cap. 2, n. 11. — 4^o Regin., lib. 30, tr. 1, n. 29. — 5^o Loc. cit., n. 73. — 6^o Suppli., qu. 39, art. 1. — 7^o Tr. 8, cap. 5, n. 6. — 8^o Loc. cit., n. 73. — 9^o Resp. mor., lib. 1, dub. 31, n. 4. — 10^o Filli., loc. cit., n. 74.

et remiss.]. — « 2^o. *Hermaphroditus*, in quo sexus femineus praevalet (Filliucci¹). Quod si autem in eo incipiat praevalere post ordinationem validam, non potest valide consecrare vel absolve; licet characterem sacramentalem retineat (Lugo²). — 3^o. *Non baptizatus*. — Ibid.³.

« 2^o. Valide ordinantur: 1^o. *Perpetuo amentes, caeci, muti, privati manibus,*

« etsi jure naturali sint inhabiles. — 2º. *Irregularis*, etsi jure ecclesiastico sint inhabiles, maneantque ab eorum usu suspensi. — 3º. *Pueri in cunis*, qui tam ad castitatem non tenebuntur vi voti nisi id ratificaverint. — Toletus, « Henriquez, Azor¹, Bonacina² ».

782. — Quaeritur: *an valide ordinentur infantes?*

Negant Paludanus^a, Durandus^a et Petrus Soto^a, apud Salmant.³

Sed verius affirmat D. Thomas⁴, ubi docet quod omnia sacramenta quae non requirunt actum proprium suscipientis, sed in eis datur aliqua spiritualis potestas (ut sunt Baptismus, Confirmatio et Ordo) valide suscipiuntur ante usum rationis; imo Ordo etiam licite suscipitur (loquendo de ordinibus minoribus) si adsit necessitas et spes profectus. — S. Doctorem sequuntur communiter Sanchez⁵, Renzi⁶; et Salmant.⁷ cum S. Bonaventura, Scoto, Dominico Soto, Gonet, Vasquez, Valentia et aliis. Et hoc communi sensu doctorum definitum testatur Benedictus XIV in bulla *Eo quamvis tempore*, edita 4 Maii 1745.

Idque probat D. Thomas ex *cap. unic.*, *de clericis per saltum promoto*^b, ubi dicuntur quod si aliquis subdiaconatum receperit ante usum rationis, debet reordinari ante diaconatum, si non constet de illius susceptione; secus, si constet.

Dicit tamen idem Angelicus⁸ quod pueri ante usum rationis non possunt valide suscipere episcopatum.

Tolet., lib. 1, cap. 61, num. 3 et 4. — Henrig., lib. 10, cap. 14, n. 3. — ¹ Part. 1, lib. 18, cap. 14, qu. 9. — ² De Ordine, punct. 5, num. 1 et 2. — ³ Tr. 8, cap. 5, num. 21. — ⁴ Suppl., qu. 89, art. 2. — ⁵ Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 32, n. 2. — ⁶ De Ordine, cap. 1, sect. 1, qu. 2. — ⁷ Loc. cit., n. 23. — ⁸ Bonav., in 4, dist. 25, art. 2, qu. 2. — ⁹ Scot., in eundem loc., qu. 2. — ¹⁰ Sotus, in eundem loc., qu. 1, art. 2, concl. 2 et 3. — ¹¹ Gon., Clyp., disp. 3, art. 2, n. 25. — ¹² Vasq.,

783. — « Resp. IIº. Ut Ordo licite et secundum jura Ecclesiae rite sumatur, aut non incurritur censura, requiritur in recipiente, praeter statum gratiae:

« 1º. Ut non sit *neophytus* ; [Qui autem non esset baptizatus, certe Ordinem non recipet; ut constat ex concilio Nicaeno⁹, et ex cap. *Veniens, de presbyt. non baptiz.*] — « vel *infamis* vel hermaphroditus; vel *irregularis*, suspensus, excommunicatus.

« 2º. *Animus clericandi* (Tridentinum¹⁰). « Sine quo, si primam tonsuram vel ordinis minores accipiat, videtur peccare, saltem venialiter (nisi justa causa excusat); quia fraus est levis. (Vide supra, Lib. 4, cap. 2, dub. 1, art. 3). — Similiter venialis inconstantia videtur sine justa causa statum clericalem deserere.

« 3º. Ut sit *confirmatus* (Tridentinum¹¹): « et quidem secundum Bonacina¹², sub mortali; secundum Sotum et Coninck, sub veniali.

« 4º. *Litterae dimissoriae*, etiam pro prima tonsura, episcopi proprii, sive originis, sive beneficii, sive domicilii. — Vide Diana¹³.

« 5º. *Examen* coram episcopo de scientia necessaria ad usum cuiusque ordinis. — Nam Tridentinum¹⁴ pro prima tonsura requirit ut sciant fidei rudimenta; item legere et scribere; et de quibus probabilis sit conjectura quod clericatum elegerint, non saecularis iudicium fugiendi fraude, sed ut Deo fidem cultum praestent. Pro minoribus,

disp. 246, cap. 1, n. 5. — *Valent.*, disp. 9, qu. 4, punct. 1. — *Bened. XIV*, instructio *Eo quamvis tempore*, § 20. — ⁸ Suppl., qu. 89, art. 2, corp. — ⁹ Can. 19 (celebr. an. 325); ap. Labbe, tom. 2, col. 42 vel 48. — ¹⁰ Sess. 23, de reform., cap. 4. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Punct. 5, n. 10. — *Sotus*, in 4, dist. 24, qu. 1, art. 4, v. *Quod si interrogos.* — *Coninck*, de Sacram., qu. 72, n. 90; et disp. 20, n. 102. — ¹³ Part. 3, tr. 4, resol. 194. — ¹⁴ Loc. cit.

Infantes valide ordinantur.

Non tamen ad episcopatum.

782. — a) Durandus, in 4, dist. 25, qu. 2, litt. H (n. 8); Petrus de Soto, lect. 5, de *Sacri Ordin.*, v. *Secundum etiam*, dubiam habent hujusmodi ordinationem. — Paludanus vero, in 4, dist. 25, qu. 3, art. 1, concl. 3 (n. 6 et 7), quamvis probabilem habeat primam sententiam, ipse tamen dicit: « Aetas puerilis non impedit a susceptione ordinum, quantum est ex necessitate sacramenti ».

b) Cap. Tuuae literae, *unic.*, *de clericis per saltum promoto*, sic se habet: « P. presbyter, diaconatus ordine praetermissio, se fecit ad

sacerdotii ordinem promoveri. Ipse tibi quoque secreto confessus est se pro certo nescire si res taliter se haberet; sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conversatus, credebat assertioni eorum, eo quod tempore quo ordines superiores suscepserat, infra annos discretionis fuerat constitutus.... Mandamus quatenus.... (quia non intelligitur iteratum quod factum esse nescitur), ipsum in diaconum ordinare procures, et sic de misericordia eumdem ministrare permittas in ordine sacerdotis ». In quod caput Glossa, ad v. *Discretio-*

Requisita
ad licitam
ordinatio-
nem.

« ut linguam latinam intelligent. Pro subdiaconatu et diaconatu, cognitionem eorum quae ad istos ordines spectant. Pro sacerdotio, tantam scientiam, ut populum docere possint necessaria ad salutem et administrare sacramenta.

« 6º. *Titulus sustentationis*, ut beneficii vel patrimonii; vel paupertatis, ut in regularibus. — Tridentinum¹. Vide Bo- naçina.

« 7º. *Ordo* inter receptionem unius et alterius: cujus inversio, v. gr. suscipere diaconatum ante subdiaconatum, erit mortale. Episcopatus ante sacerdotium erit etiam invalidus.

« 8º. *Tempus*: Sic minores conferuntur quavis dominica vel festo: et quidem tali, quod ex pracepto Ecclesiae celebretur etiam in foro; ut Silvester, Azor^a, Barbosa, etc. communiter docent. Ac licet Praepositus, Fagundez^b, Tanner, Gavantus, etc., putent sufficere quodvis festum duplex in ecclesia, eamque sententiam Diana^c vocet tutam in praxi: eam tamen ex decreto Urbani VIII rejectam esse monet card. de Lugo^d. Eosdem autem posse, ex recepta episcoporum consuetudine, etiam feria sexta vesperi ante sabbatum quo omnes ordinis jure conferri possunt, notat Diana^e ex Henriquez, Reginaldo^f, etc. — *Majores* vero, sabbatis quatuor temporum, et dominicae Passionis ac hebdomadae sanctae.

« 9º. *Interstitia temporum*. Sic majores non nisi post annum ab alterius suscep-

tione conferri possunt (ex Tridentino^g): in quo tamen episcopus, ob necessitatem vel utilitatem Ecclesiae, potest dispensare. Eodem tamen die, non nisi de centia Papae, duo ordines *majores* sunt dari. *Minores* vero omnes, dispensante episcopo, possunt dari eodem die; et si consuetudo sit, simul cum subdiaconatu. — Navarrus^h, Henriquezⁱ, Vaszquez, Suarez, Sa^j, Laymann^k.

« 10º. *Locus*: scilicet pro solemini collatione, ecclesia; pro privata, sacellum.

« 11º. *Aetas*: in qua ordinarie episcopus non potest dispensare. — Et sic pro prima tonsura et minoribus requiritur saltem septennium completum (licet Quintanadvenas^l, contra Sanchez, etc., putet sufficere inchoatum). Pro acolytho, annus duodecimus completus (Filliucci^m). Pro subdiaconatu, vigesimus secundus: pro diaconatu, vigesimus tertius: pro sacerdotio, vigesimus quintus, omnes incepti. Pro episcopatu, trigesimus completus. Vide Bonacinaⁿ, Filliuccium^o, Laymann^p, Diana^q. — Si autem dubium sit an quis aetatem requisitam habeat (v. gr. pro sacerdotio, an annum vigesimum quintum ingressus sit), ordinari non potest. Sanchez, Laymann, Bardi^r.

« Peccat autem tam ordinans quam ordinatus, si ordinetur qui non habet qualitates requisitas ».

784. — Omnia tamen haec fusius discutienda. — Ut quis igitur rite ordines suscipiat.

¹ Sess. 21, de reform., cap. 2. — *Bonac.*, punct. 5, a n. 18. — *Silvest.*, v. *Ordo II*, qu. 6, v. *Secundum*. — *Barbosa*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 11, n. 21 et 22. — *Praepos.*, dub. 15, n. 150. — *Tann.*, tom. 4, disp. 7, qu. 3, num. 44. — *Gavant.*, Man. episcop., v. *Ordines minores*, n. 15. — ² Part. 5, tr. 18, resol. 97. — *Urban. VIII*, Pontifical. roman., tit. de Ordinib. conferend. — ³ Resp. mor., lib. 1, dub. 34, n. 3. — ⁴ Part. 2, tr. 16, resol. 28. — *Henrig.*, lib. 10, cap. 12, n. 2. — ⁵ Sess. 23, de reform., cap. 11, 13 et 14. — ⁶ Man., cap. 25, n. 71. — ⁷ Lib. 10, cap. 11, n. 4. — *Vasq.*, disp. 246, cap. 5. — *Suar.*, de Censur., disp. 31, sect. 1, susp. 8. — ⁸ V. *Ordo*, n. 17. — ⁹ Lib. 5, tr. 9, cap. 8, n. 4 et 7. — ¹⁰ Tr. 6, singul. 21. — *Sanch.*, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 33, n. 15 et 16. — ¹¹ Tr. 9, cap. 4, n. 84. — ¹² Punct. 5, n. 12. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Loc. cit., cap. 7. — ¹⁵ Part. 2, tr. 16, resol. 27; et part. 5, tr. 2, resol. 19. — *Sanch.*, de Matr., lib. 2, disp. 41, n. 38. — *Laym.*, lib. 1, tr. 1, cap. 5, n. 35. — ¹⁶ Discept. de Consc., discept. 6, cap. 11, part. 6, § 1, a n. 3.

nis, haec addit: « Infra annos discretionis bene recipit quis sacros ordines, licet conferri non debeant ».

783. — a) Azor, part. 2, lib. 1, cap. 27, qu. ult., male citatur a Busenb., loquitur enim de privilegio quod quidam habent conferendi tres sacros ordines extra tempora tribus diebus festis, et ait « intelligi diem festum, quem ut feriatum clerus et populus habent ».

b) Fagundez, de 1º praec. Eccl., lib. 1, cap. 2, n. 13, ita sane docet de ordinibus sacris, quos religiosi privilegiati recipere possunt tribus diebus festis; sed (addit) « de ordinibus minoribus assertum Emmanuel Rodriguez... posse a Mendicantibus sumi tribus diebus semiduplicibus non feriatis ».

c) Reginaldus male a Diana citatur; prae-termittit enim hunc casum, lib. 30, tr. 1, n. 26.

Subiectum:
viator, non
neophytus,
infamis aut
hermaphro-
ditus.

REQUIRITUR I^o. Ut sit viator; quia sacerdos vita functus non valide consecraret. — Item, ut non sit *neophytus*, nec *infamis*. — Nec *hermaphroditus*, qui non est capax Ordinis, nisi in eo praevaleat sexus masculinus; alias non potest vere appellari vir. Unde nec licite nec valide consecraret; imo nec licite, etiamsi sexus masculinus praevaleret, quia esset monstrum, et ideo egeret dispensatione pontificia. Vide Salmant.¹. — Item requiritur ut non sit *irregularis*, *suspensus* vel *excommunicatus*.

Quaeritur hic: *an, cum episcopus ante ordinationem protestatur se non intendere ordinare irregulares, excommunicatos, aut alio modo indignos; utrum isti irregulares remaneant ordinati?*

Negat Molfesius, apud Escobar². — Affirmant vero communius Cabassutius³, Ludovicus Bail, et Escobar⁴ cum Navarro⁵, Sà⁶, Rodriguez⁷, Graffio, etc. Quia verba illa dicuntur ad terrorem: quod arguitur ex eo quod idem episcopus, post hanc protestationem, ante ordinationem initiandos absolvit a quacumque excommunicatione, irregularitate, etc.

Sed melius docet noster Summus Pon-

¹ Tr. 8, cap. 5, n. 14. — *Molfo.*, part. 1, tr. 2, cap. 1, n. 45. — ² Lib. 23, n. 198. — ³ Theor. juris, lib. 3, cap. 16, n. 15. — *Ludov. Bail.* de Tripl. Exam. ordinandor., etc., part. 3, qu. 16, v. Octavo. — ⁴ Loc. cit., n. 200. — *Graff.*,

784. — a) Navarrus, lib. 5, consil. 1, n. 6, de eo qui furtiv. ord. suscepit, id quidem docet in dubio de intentione episcopi; sed praeterea hoc modo distinguit: si intentio fuerit solum prohibitiva, erunt ordinati; si vero episcopus intentionem habuerit non ordinandi, non erunt ordinati; ceterum graviter peccare episcopum, qui talem intentionem habuerit. — Rodriguez, *Sum.*, part. 2, cap. 13, n. 6, concl. 3, pariter dicit male facere episcopum qui intenderet non ordinare; intentionem tamen istam in foro exteriori non esse praesumendam. Non ergo videntur satis recte citari ab Escobar.

b) Sà pariter male citatur ab Escobar; nam in genuinis editionibus, v. *Ordo*, n. 38, ita distinguit: « Si episcopus dicat: nolo vel non intendo ordinare excommunicatos vel irregulares, intelligitur si sciatis aliquem talem esse; quare quem ordinat non sciens talem esse, vere est ordinatus ». In editione vero correcta, haec tantum habet: « Attendenda est ejus intentio ».

c) In duabus casibus in quibus episcopus declaraverat se habuisse intentionem exclu-

tifex Benedictus XIV, in celeberrimo operae *de Sacrificio Missae*⁸: ubi ex decreto S. C. Concilii, dicit in hoc casu interrogandum esse episcopum ordinantem de sua intentione; et si ipse asserat suam intentionem protestationi alligasse, ordinationem absolute iterandam esse. Si vero episcopi intentio sit dubia, ordinatio est sub conditione repetenda. — Et sic plures S. Congregationem censuisse faciendum, refert Pater Zaccaria (apud Croix⁹). Ubi tamen affert arias oppositas declarationes S. Congregationis, in quibus dixit validam esse ordinationem quorumdam ordinatorum cum falsis dimissoriis; etsi praemissa fuerit protestatio episcopi, excludens voluntatem ordinandi eos qui esent destituti conciliaribus requisitis¹⁰.

785. — REQUIRITUR II^o. *Animus clericandi: ex Tridentino*.

Hic dubitatur I^o. *An peccet qui suscipit aliquem ordinem sine animo ascendendi ad superiores?*

Certum et commune est non peccare graviter, etiamsi quis suscipiat ordines maiores, et non intendat suscipere sacerdotium, ut recte dicunt Laymann¹¹, Salmant.¹² et Escobar¹³, et alii passim: contra

lib. 1, consil. 3, de tempor. ordinat., n. 4 et seqq. — ⁵ Lib. 3, cap. 10, n. 7. — ⁶ Lib. 6, part. 2, n. 2231. — ⁷ Sess. 23, de reform., cap. 4. — ⁸ Tr. 8, cap. 5, num. 52. — ⁹ Lib. 23, n. 304.

dendi hujusmodi ordinandos; in *Aprutina* scilicet, die 11 Januar. 1710; et in *Ugentina*, die 3 Aug. 1743 (Thesaur. Resol. S. C. C., tom. 12, fol. 141 et seqq., 146 et seq.), S. C. declaravit ordinationem esse sub conditione iterandam. — Ceterum alii episcopo qui declaraverat se non habuisse animum conferendi nisi tonsuram, S. C. C. declaravit ordinationem ad ostiariatum validam fuisse, in *Perusina*, die 19 Julii 1732 (Thesaur. Resol., tom. 5, fol. 361 et seqq., et fol. 366). Pariter validam fuisse ordinationem ordinati cum falsis dimissorialibus, nonobstante generali protestatione episcopi qui ceteroquin confessus erat se in ipso ordinationis actu habuisse eam intentionem quam Ecclesia postulat; in *Portalegren*, die 5 April. 1704 (Thesaur., tom. 5, fol. 362 et 363).

785. — a) Laymann, lib. 5, tr. 9, cap. 7, n. 2, non loquitur de eo qui ordinem maiores sic receperit; de cetero concordat, negans peccare lethaliter eum qui tonsuram vel minores ordines, animo non perseverandi recipit; vel qui, iis receptis, a statu clericali recedit.

Melius judicandum ex intentione vera episcopi.

Probabiliter per se nullum peccatum.

Requiritur animus serviendi Deo.

Requiritur animus clericandi.

Ordinari sine animo ascendendi superiorius, non lethale.

Quid de novitio carrente animo perseverandi.

Bañez¹⁴, Marchinum¹⁵ et alios paucos (apud Escobar¹⁶), qui improbabiliter asserunt esse mortale. Imo idem Escobar¹⁷; et Palau¹⁸ cum Coninck et Bonacina, probabiliter putant nullum esse peccatum; quia nullo jure prescribitur alicui ad superiores ordines ascendere; nisi quis acceptet beneficium requires sacerdotium vel ordinem sacrum, prout sunt beneficia curata, seu ea quibus sunt annexa onera cantandi Missam, evangelium vel epistolam; ut habetur ex Tridentino¹⁹. — Caeterum idem concilium²⁰ solum requirit in ordinando intentionem praestandi Deo fidelem cultum. Idque confirmatur ex cap. 1 *de filiis presbyter.* [in 6^o], ubi dicitur episcopos posse dispensare cum illegitimo ad suscipiendos ordines minores, non ad maiores; ergo licitum est suscipere unum ordinem sine animo ascendendi ad superiores. — Ratio est, quia qui libet ordo confertur ad hoc ut ordinatus inserviat Deo, proprium munus exercendo; sufficit igitur munus illud acceptare sine intentione ulterius progrediendi.

Aliter vero dicendum esset de novitio qui religionem intraret animo non perseverandi. — Hic enim difficulter excusari potest a culpa gravi, propter damna temporalia et incommoda quae religioni tunc frustra afferret; et etiam propter scandala.

¹ Lib. 23, n. 303. — ² Loc. cit., n. 305. — ³ Tr. 27, punct. 8, n. 8. — *Coninck*, de Sacr., disp. 20, dub. 10, n. 105. — *Bonac.*, de Matr., qu. 3, punct. 9, n. 5. — ⁴ Sess. 22, de

lum quod aliis novitiis praebet: exemplum enim socii magnam alteri tentationem ingerit.

Dubitatur 2^o. *An peccet clericus qui initiatus in minoribus uxorem ducit?*

Per se loquendo, certum est non peccare graviter; imo nec etiam leviter, si ob justam causam hoc facit, puta ad sedandas inimicitias aut tentationes carnis, ad subveniendum feminae pauperi, etc.: alias non excusabitur a veniali. Ita Bonacina²¹, Palau²²; Escobar²³ cum Toledo²⁴, Azor²⁵, Valentia²⁶, Angelo²⁷, Rodriguez²⁸, etc.; ac Salmant.²⁹: qui dicunt hanc sententiam esse omnium, uno Cajetano excepto³⁰, qui voluit esse mortale. — Duxi: *per se loquendo*. Nam, utrum graviter peccet qui certus de sua vocatione ad statum ecclesiasticum, ab ea recedit, ut saeculo fruatur, vide dicta *Lib. IV*, n. 78, ubi diximus de hoc metuendum ne forte existat in malo statu.

Dubitatur 3^o. *An peccet qui minores ordines aut primam tonsuram suscipit animo effugiendo forum laicale, et postea redeundi ad saeculum?* — Adsunt tres sententiae:

Prima sententia, quam tenet Palau³¹, et Escobar³², dicit nullo modo peccare; quia utitur jure suo.

Secunda vero sententia, quam tenet

reform., cap. 4. — ⁵ Sess. 23, de reform., cap. 4. — ⁶ Loc. cit., n. 3 et 4. — ⁷ Tr. 27, punct. 8, n. 9. — ⁸ Lib. 23, n. 311. — ⁹ Tr. 8, cap. 5, n. 51. — ¹⁰ Lib. 23, n. 303.

Minoribus initiatu-
s ducent uxo-
rem, qualiter peccet.

Suscipiens
ordines mi-
niores vel
tonsuram
ad fugien-
dum forum
laicale:

Juxta alios,
non peccat.

contrahendum matrimonium cum vidua divite aut ob tractandam litem criminalem ».

d) Cajetanus minus diligenter citatur a Salmant.; nam in 2^{am} 2^{ae}, qu. 12, art. 1, tria considerat in minoratis: 1^o quod sint ministri Dei; 2^o quod exerceant ministeria sacra; 3^o quod deferant signa ministerii; et ait peccatum mortale esse recedere a primo: si tamen ex causa, v. g. pace regni viduam ducat, non esse peccatum: recedere vero a duobus reliquis negat esse mortale, et ait his licitum esse ducere uxorem. Atvero, in *Sum.*, v. *Apostasia*, primum dictum ex parte retractat, negans peccare qui ex causa rationabili viduam ducit aut aliquid perficit repugnans clericatui; si vero ex humana fragilitate id faciat peccatum veniale esse ait.

e) Palau, tr. 27, punct. 8, n. 7, distinguit, et negat tum esse peccatum animum effugiendi forum laicale, tum esse mortale animum postea retrocedendi.

Juxta alios,
peccat le-
thaliter.

Salmant.¹; Ledesma et Victoria², apud Sanchez³; item Marchinus, Molfesius⁴, Leander et Trullench, apud Escobar⁵, dicit peccare mortaliter. — Quia in Tridentino⁶ sic habetur: *Prima tonsura non initientur... de quibus probabilis conjectura non sii eos, non saecularis judicii fugienda fraude, sed ut Deo fidelem cultum praestent, hoc vitae genus elegisse.* Cum ergo hoc crimen concilium fraudem appelleat, ideo nequit excusari a gravi culpa qui sic ordinatur; quia graviter defraudat Ecclesiam, abutendo suis sacris ministeriis ad fines temporales.

Tertia demum sententia, quam tenent Laymann⁷; Sanchez⁸ cum Navarro⁹; Bonacina¹⁰ cum Valentia¹¹ et Coninck; Diana¹² cum Villalobos et Machado¹³; item Hurtadus, Aversa¹⁴, Naldus, Homobonus, etc., apud Escobar¹⁵, dicit hunc non peccare mortaliter.

Quia ex Tridentino tunc intelligitur aliquis fraudem committere quando suscipit ordines ut aliquod saeculare iudicium jam incepsum effugiat: et hoc quidem erit mortale; alioquin erit tantum veniale, ratione deordinationis finis ab Ecclesia intenti.

Primam sententiam non satis probabi-

¹ Tr. 8, cap. 5, num. 57. — *Petr. Ledesm.*, Sum., de Ordine, cap. 7, concl. 3, v. *Unde colligunt.* — ² De Matr., lib. 7, disp. 31, n. 17. — *Marchin.*, tr. 1, part. 8, cap. 1, propos. 1. — *Leand.*, tr. 6, disp. 7, qu. 11. — *Trull.*, lib. 6, dub. 11, n. 9. — ³ Lib. 28, n. 306. — ⁴ Sess. 23, de reform., cap. 4. — ⁵ Lib. 5, tr. 9, cap. 7, n. 2. — ⁶ Loc. cit., n. 17. — ⁷ De Ordine, punct. ult., n. 10. — *Coninck*, disp. 20, dub. 10, n. 104 et 105. — ⁸ Part. 10, tr. 16, resol. 61. — *Villalob.*, part. 1, tr. 11, diff. 14, n. 2. — *Gasp. Hurtad.*, diff. 22. —

lem puto, tertiam probabilem; — secundam vero probabiliorem: quia aequo videtur fraudem committere qui ordinatur ut effugiat iudicium saeculare in casu particulari, quam qui in genere pro omnibus casibus occurribus.

Quomodo autem peccet qui accipit beneficium animo illud dimittendi? — Vide dicta *Lib. IV*, n. 113, Qu. 1, ubi diximus hunc non peccare mortaliter (nisi beneficium habeat annexum ordinem sacram); quia non constat hujusmodi deordinationem esse gravem.

786. — REQUIRITUR III^o. Ut sit *confir-*
matus.

An autem id requiratur sub *praecepto* gravi?

Affirmat Bonacina¹⁶ (cui consentiunt Toletus¹⁷, Tanner et Aversa, apud Mazzotta¹⁸), quia hic peccaret in re gravi, tum contra usum Ecclesiae, tum contra prae*scriptum Tridentini*¹⁹, ubi dicitur: *Prima tonsura non initientur qui sacramentum Confirmationis non suscepint.* — Alii vero, ut Holzmann²⁰ cum Tamburinio²¹, etc., censent hoc non esse de *praecepto*, sed de *consilio*. — Alii tandem communiter, ut Suarez²², Navarrus²³, Laymann²⁴, Palau²⁵, Mazzotta²⁶; Salmant.²⁷ cum Vi-

Nald., Sum., v. *Ordo*, n. 15. — *Homob.*, Exam. eccles., tr. 8, qu. 2. — ⁹ Lib. 23, n. 307. — ¹⁰ De Ordine, punct. 5, n. 10. — *Tann.*, tom. 4, disp. 4, qu. 4, n. 47 et 48. — *Aversa*, qu. 3, sect. 8, v. *Secundo*. — ¹¹ Tr. 5, disp. 6, cap. 3, § 1, v. f. — ¹² Sess. 23, de reform., cap. 4. — ¹³ De Confirm., n. 218. — ¹⁴ De Sacr., disp. 38, sect. 1. — ¹⁵ Man., cap. 22, n. 9. — ¹⁶ Lib. 5, tr. 3, cap. 5, n. 4. — ¹⁷ Tr. 20, punct. 8, n. 6. — ¹⁸ Loc. cit., cap. 3, § 1, i. f. — ¹⁹ Tr. 8, cap. 4, num. 73.

^f) Victoria, *Sum.*, de *Sacr. Ordin.*, n. 240, in generali ait episcopum peccasse plus quam venialiter, si prima tonsura initiaverit eum quem novit carere recta intentione inserviendi choro. Et ita etiam a Sanchez allegatur.

^g) Molfesius, part. 1, tr. 2, cap. 18, n. 1, hunc dicit peccare, et negat esse admittendum ad primam tonsuram.

^h) Navarrus, de *Orat. et Horis canon.*, cap. 7, n. 15, mortale esse ait suspicere tonsuram vel minores ordines, eo fine « ut pro sua libidine vindictam sumant de aliquo qui eis fuerit injurias, vel ut ipsi possint esse alii injurii absque iudicium saecularium poenae formidine ». — Valentia vero (licet hic citetur a Bonacina), in *2am 2ae*, disp. 1, qu. 12, punct. 1, v. *Secundo si omnino*, negat in ge-

nerali mortale esse, si minoribus initiatus a statu clericali recedat.

ⁱ) Machado, *Perfeto confesor*, lib. 4, part. 1, tr. 1, docum. 2, n. 6, secundam et tertiam sententiam probabiles existimat.

^j) Aversa, qu. 4, sect. 2, v. *Eos quoque*, negat utique esse mortale, « dummodo non interim velit illo [statu clericali] abuti ex aliquo illicito motivo et intento, utpote ad effugiendum fraudulenter justum iudicium ».

786. — ^a) Toletus, lib. 2, cap. 24, n. 1, id solum habet: « Quod alia sacramenta, maxime sacramentum Ordinis non liceat, isto non praecedente, suspicere ».

^b) Tamburinius utique pro hac opinione citatur ab Holzmann, quam revera probabilem existimat, de *Sacr.*, lib. 3, cap. 3, § 4, n. 5;

Prima sen-
tentia non
sat probabi-
lis, tertia
probabilis,
secunda
probabi-
lis.

Quid de ac-
cipienti be-
neficium
cum animo
dimittendi.

Prae-
requisi-
tur dimis-
soriae.

Sub gravi,
juxta alios.

De consi-
lio tantum,
juxta alios.

Probabilis
sub lev.

ctoria^c) et Philiberto; ac Barbosa¹ cum Azor^d, Valentia, Reginaldo, Molfesius^e, Vivaldo^f, etc., probabilius dicunt Confirmationem non requiri sub obligatione gravi, sed requiri quidem sub levi; quia, licet verba Tridentini potius indicent decentiam quam praeceptum, tamen in hoc contraire non excusatur a levi saltem deordinatione.

787. — REQUIRITUR IV^o. Ut habeat litteras dimissorias proprii episcopi. — Super hoc requisito plura sunt adnotanda:

Notandum 1^o. Id quod praescribit Tridentinum², ubi dicitur: *Episcopi per se metipsos ordines conferant; quod si aegritudine fuerint impediti, subditos suos, non aliter quam... probatos et examinatos, ad alium episcopum ordinando dimittant.* — Inde regulariter episcopus tenetur ipse suos subditos ordinare, nisi sit impeditus ex infirmitate, ut dicit concilium; vel ex alia justa causa, ut recte ajunt Salmant.³; et Barbosa⁴ cum Ledesma, Salzedo⁵, Piasecio, etc.: quia causa infirmitatis ibi

Philip. Marchin., tr. 1, part. 4, cap. 3, n. 4. — ¹ De Offic. et Potest. episc., alleg. 2, n. 15. — *Valent.*, disp. 5, qu. 2, punct. 2, v. *Characterem.* — *Regin.*, lib. 28, n. 24. — ³ Sess. 23, de reform., cap. 3. — ⁴ Tr. 8, cap. 4, n. 58. — ⁵ In Trident., sess. 23, cap. 3, n. 1. — *Petr. Ledesm.*, Sum., de

exprimitur exemplificative, non taxative. Hinc probabilius Croix⁶ id etiam admittit, si ordinandus alibi esset aut ei incommodum foret ad suam dioecesim accedere.

— Debet autem episcopus proprius suum subditum examinare; ex concilio (ut supra): quamvis, sicut potest examen alteri committere, sic etiam poterit eum mittere ad alienum episcopum ut ille examinet.

Episcopus vero ad quem ordinandus mittitur potest quidem eum ordinare sine examine. — Sed potest etiam examinare, si velit; ut bene ajunt Salmant.⁶ et Croix⁷ cum aliis. Et hoc utique erit tutius, ut ait Barbosa⁸ cum Bonacina⁹, Piasecio¹⁰ et Campanile: qui imo censem teneri examinare, ex eodem Tridentino⁹, ubi dicitur quod nemo ab extraneo ordinetur nisi praevio examine.

Notandum 2^o. Licentia data alicui ut ordinetur apud alienum episcopum, non expirat morte concedentis, nisi a successore revocetur^c. Ita communiter San-

Ordine, cap. 5, concl. 9. — *Piasec.*, Prax. episc., part. 1, cap. 1, art. 2, n. 17. — ⁶ Lib. 6, part. 2, n. 2243. — ⁷ Tr. 8, cap. 4, n. 58. — ⁸ Loc. cit., n. 2245. — ⁹ Alleg. 7, n. 22. — *Campan.*, Diversor. juris, rubric. 9, cap. 8, num. 31, v. *Sed ne.* — ¹⁰ Sess. 7, de reform., cap. 11.

tiatum esse causam sufficientem, ut episcopus non ordinet proprium subditum.

^b) Bonacina non bene citatur a Barbosa; negat enim, *punct. 4, n. 34* (al. n. 33), episcopum teneri ordinandum ad se dimissum examini subjicere, modo sciat ipsum non esse indignum; et addit solum: « Aliqui tamen episcopi nolunt extraneos cum dimissoriis ad se accedentes promovere, nisi ipsos per examen idoneos repererint. Ita usu receptum est hic Mediolan., et ita Neapol. servari testatur Quaranta ». — Piasecius vero, *Prax. episc.*, part. 1, cap. 1, art. 2, n. 18, dicit quidem id esse tutius, sed non addit episcopum teneri id facere. — De hac re S. C. C. declaravit episcopum ad quem ordinandus mittitur, cum dimissoriis episcopi proprii attestantis ejus idoneitatem et litteraturam, « non teneri, sed posse » iterum examinare. V. Pallottini, v. Sacramentum Ordinis, § 4, n. 36.

^c) Hanc limitationem: Nisi a successore revocetur, silentio praetermittunt Sanchez, Suarez, Bonacina, Escobar, Henriquez, Rodriguez. Ceterum S. C. C. expresse declaravit dimissoriis, alicui nominatim concessas, non expirare morte concedentis. Pallottini, v. Sacramentum Ordinis, § 2, n. 41.

Exceptiones.

Episcopus a d. quem
mittitur,
potest ex-
aminare.

Dimis-
soriae non ex-
pirant mor-
te conceden-
tis.

chez¹; Barbosa² cum Suarez; Salmant.³ cum Bonacina; et Escobar⁴ cum Henriquez, Quaranta, Rodriguez et communi. — Quia gratia semel facta, morte concedentis non exipiat, ex cap. *Si super gratia, de off. jud. deleg. in 6°.*

Episcopus confirmatus, sed non consecratus, dimissorias concedit.

Notandum 3°. Episcopus propriam dioecesim habens, si est jam confirmatus, esto nondum consecratus, bene potest dimissorias concedere; quia hic est actus jurisdictionis, quam confirmatus secuta possessione jam habet. — Ita Sanchez⁵ et Salmant.⁶

An autem *episcopus suspensus, aut excommunicatus jam declaratus, possit dimissorias concedere, vel confessarios approbare, et similia?* — Affirmant Ledesma et Trullench. — Sed probabiliter negant Barbosa⁷ et Salmant.⁸; quia excommunicati omni jurisdictione carent.

Hinc bene ait Barbosa⁹, casu quo ordinandi probent suum episcopum esse excommunicatum vel suspensum, rite possunt ordinari ab episcopo viciniori ex cap. 2, *de tempor. ordin. in 6°.*

Notandum 4°. Episcopus existens in aliena dioecesi bene potest ibi dimissorias concedere; cum hic non sit actus jurisdictionis contentiosae. — Ita Salmant.¹⁰ cum Gavanto; et Barbosa¹¹ cum Armendariz, qui id decisum refert.

Notandum 5°. Vicarius generalis nequit dimissorias concedere: nisi expressam de hoc facultatem habeat ab episcopo; vel nisi episcopus sit extra provinciam, aut distans per duas vel saltem unam

¹ De Matr., lib. 8, disp. 28, n. 83. — ² Alleg. 7, n. 23 et seqq. - ³ *Suar.* (non citatus a Barb.) de Legib., lib. 8, cap. 31, n. 19. — ⁴ Tr. 8, cap. 4, n. 58. - ⁵ *Bonac.* punct. 4, num. 22. — ⁶ Lib. 23, num. 418. - ⁷ *Henrig.* lib. 10, cap. 22, i. f. - ⁸ *Quarant.* Sum., v. *Capitulum, sede vacante*, qu. 10, dub. 2. - ⁹ *Rodrig.*, Sum., part. 2, cap. 14, n. 5. — ¹⁰ *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 20, num. 31. — ¹¹ Loc. cit., num. 59. — ¹² *Petr. Ledesm.*, Sum., de Ordine, cap. 8, concl. 4, dub. 2. — ¹³ *Trull.*, lib. 6, dub. 8, n. 9. — ¹⁴ Alleg. 7, n. 5. — ¹⁵ Loc. cit., num. 59. — ¹⁶ Loc. cit. — ¹⁷ Tr. 8, cap. 4, num. 60. - ¹⁸ *Gavant.*, Man. episcop., v. *Litterae dimissoriae*, n. 11. —

^{a)} Palaus negat posse dimissorias concedere vi vicariatus, « nisi forte episcopus extra dioecesim existat ». — Barbosa vero, Azor et Gutierrez, licet in reliquis concordent, non tamen determinant quid requiratur ut episcopus censeatur in remotis esse.

^{b)} Molfesius, part. 1, tr. 2, cap. 2, n. 22, negat per se posse, « nisi episcopus esset ab-

dietam sive diem itineris, a propria dioecesi²; ut dicunt Salmant.¹² cum communi, et Palaus¹³; ac Barbosa¹⁴ cum Azor, Rebuffo, Gutierrez, Molfesio¹⁵, etc., ex cap. *Cum nullus, de tempor. ordin. in 6°*, ubi dicitur: *Episcopo autem in remotis agente, ipsius... vicarius generalis, vel sede vacante, capitulum, seu is ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi.* Probabiliter vero dicit Escobar¹⁶ cum Joanne Andrea¹⁷, Molfesio, Marchino et Leandro, bene posse vicarium (ut diximus) ex peculiari licentia episcopi, expressa vel tacita, dimissorias concedere; quod confirmatur ex Glossa in dict. cap., quae ait: *Nisi habeat (ab episcopo) speciale mandatum ad hoc.*

788. — Notandum 6°. Capitulum, sede vacante, olim poterat dimissorias concedere; ut patet ex dicto cap. *Cum nullus.* — Sed hoc limitatum postea fuit a Tridentino¹⁸, ubi habetur: *Non liceat capitulis, sede vacante, infra annum... ordinandi licentiam aut litteras dimissorias.... concedere;* nisi quis (ut ibi additur) sit arctatus ad ordines intra annum illum suscipiens, ob beneficium requirens obsequitum personale. Aliter capitulum incurrit interdictum; et vicarius illius, suspensionem ab officio et beneficio per annum. Necnon sic ordinatus, si fuerit in sacris, incurrit suspensionem ab exercitio ordinis suscepti ad arbitrium episcopi futuri; si vero in minoribus, privatur privilegiis clericalibus, sed hoc non ante judicis

¹ Alleg. 7, n. 29. - ² *Armendar.*, Addit. ad recopil. legum Navar., lib. 1, tit. 18, leg. 7, de Episc., n. 59. — ³ Loc. cit., n. 62. — ⁴ Tr. 27, punct. 15, n. 8, v. *Secundo.* — ⁵ Loc. cit., n. 9. - ⁶ *Azor*, part. 2, lib. 3, cap. 46, v. *Litteras*; et cap. 45, qu. 7. - ⁷ *Rebuff.*, Prax. benefic., part. 1, tit. *Forma vicariatus*, n. 47. - ⁸ *Gutier.*, Canon. quæst., lib. 2, cap. 17, num. 14 et seqq. — ⁹ Lib. 23, n. 402 et 403. - ¹⁰ *Molf.*, part. 1, tract. 2, cap. 2, num. 22. - ¹¹ *Marchin.*, tract. 1, part. 6, cap. 3, num. 8. - ¹² *Leand.*, tr. 6, disp. 10, qu. 8. — ¹³ *Gloss.*, ad v. *Non extendat.* — ¹⁴ Sess. 7, de reform., cap. 10.

sens in partibus longinquis »; in praxi tamen, etiam praesente episcopo, posse de tacito eius consensu, et multo magis de expressa licentia.

^{f)} Joannes Andreae, *in cap. Cum nullus, i. f. in 6°*, quamvis hic ab Escobar citetur, dicit tantum: « Hodie talibus vicariis datur super his expressa potestas, ita quod etiam episcopis praesentibus tales licentias concedunt ».

Quisnam
dicatur ar-
ctatus ad
ordines.

sententiam. Ita Salmant.¹ cum Sanchez, Philiberto, Aversa et Trullench².

Dicit autem Croix³ non posse dici *arctatum* qui tantum est praesentatus ad beneficium, nisi quis beneficium jam habeat, vel jus habeat ad illud, seu vocatus sit. — Sed contradicunt Salmant.³; et consentit Barbosa⁴ cum Moneta, Riccio et Garcia, asserens recte dici etiam *arctatum* qui, ordinatus⁵ prima tonsura, est praesentatus ad beneficium. Et Merolla (apud Renzi⁶) id refert decisum a S. Congregatione, etiam pro non adhuc tonsurato, his verbis: *Vicarius capituli, sede vacante, infra annum potest concedere litteras dimissorias ad primam tonsuram ei qui est praesentatus a patronis laicis ad beneficium ecclesiasticum jurispatronatus ipsorum, ut illud obtinere valeat.* — Recte tamen dicit Croix⁶ cum Garcia, Ugolino⁷ et Riccio, non dici *arctatum* eum cui aliquis vult resignare beneficium requirens ordinem quo ille caret.

Hicque praeterea notandum id quod habetur in concordato nostri regni⁸ ubi: *I vicari capitolari non potranno... senza il voto del pieno capitolo, da darsi... per maggioranza di voti segreti..., concedere le lettere dimissoriali a' laici... artati per ragion di beneficio o di cappellania..., o pure a coloro che avendo già la prima*

¹ Tr. 8, cap. 4, n. 65. - ² *Sanch.*, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 28, n. 13 et 14. - ³ *Philib.*, *Marchin.*, tr. 1, part. 6, cap. 3, n. 12 et seqq. - ⁴ *Aversa*, qu. 3, sect. 7, v. *Statutur.* — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 2258. — ⁶ Tr. 8, cap. 4, n. 65. — ⁷ Alleg. 7, n. 11. - ⁸ *Moneta*, de Commut. ultimar. volunt., cap. 10, n. 172 et seqq. - ⁹ *Ricci*, Prax. aur., part. 2, resol. 98, n. 2. - ¹⁰ *Garcia*, de Benef., part. 5, cap. 7, n. 100. - ¹¹ *Merol.*, Theol. mor., tom. 3, disp. 7, cap. 7, dub. 8. - ¹² Cap. 1, sect. 3, qu. 3, i. f. — ¹³ Lib. 6, part. 2, n. 2258. - ¹⁴ *Garcia*, loc. cit., n. 102. - ¹⁵ *Ricci*, loc. cit., n. 3. — ¹⁶ Cap. 4, n. 9. — ¹⁷ Loc. cit., n. 66. - ¹⁸ *Sanch.*, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 26, n. 2. - ¹⁹ *Tambur.*, de Ordine, cap. 8, § 3, n. 1.

Concordatum Neapo-
litani.

Poenae con-
travenientia-
tum.

788. a) — Trullench., lib. 6 dub. 8, n. 5, quidquid dicunt Salmant., non loquitur de sententia judicis, sed dicit clericos sic in minoribus constitutos, « nullo privilegio clericali, maxime in criminalibus », gaudere.

b) Moneta, Riccius et Garcia, quidquid dicat Barbosa, loquuntur etiam de *initiando* prima tonsura.

c) Ugolinus non satis diligenter citatur a Croix; hoc enim non habet de *Potest. episc.*, cap. 26, § 20, n. 5.

d) Id est: « Vicarii capitulares non poterunt absque consensu pleni capituli, qui obtinetur per vota secreta majoris partis, conce-

tonsura, sono presentati a qualche beneficio o cappellania che actu requirat certum ordinem, e coll'espressa condizione che così nell' uno come nell' altro caso, colui che chiede d' esser promosso, non sia stato altre volte rigettato dal vescovo antecessore^{2).} — Vide alia praescripta in dicto concordato, n. 830.

Bene potest tamen capitulum, sede vacante, etiam intra annum dare litteras testimoniales alicui qui aliunde licentiam habet ad ordines suscipiendos. Salmant.³ cum Sanchez, Palao, Dicastro, etc. Probabiliter etiam potest dare alicui licentiam ut initietur prima tonsura, eo quod tonsura non est ordo: ita Garcia⁴ et Gallemart, apud Croix⁵, qui eis adhaeret ex declaratione S. Congregationis. — Id autem quod potest capitulum, sede vacante, non potest per seipsum facere, sed per suum vicarium electum. Croix⁶. Et sic refert decisum a S. C. die 12 Jan. 1604 Pittonius⁷.

Item hic notandum quod sede vacante, bene potest ordinari intra annum qui habet dimissorias episcopi defuncti; ut communiter dicunt Barbosa⁸ cum Navarro, Gonzalez et Henriquez; ac Croix⁹ cum Sanchez, Laymann¹⁰, Tamburinio, etc., ex declaratione S. Congregationis. — Idem dicitur de regularibus intra annum

Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 26, n. 3. - ¹¹ *Palaus*, tr. 27, punct. 15, n. 8, v. *Tertio.* - ¹² *Dicast.*, tr. 6, de Ordine, dub. 16, n. 234. — ¹³ *Gallem.*, in Trid., sess. 7, cap. 10, n. 3. - ¹⁴ Loc. cit., n. 2261. — ¹⁵ Loc. cit., n. 2266. — ¹⁶ *Decis.* pro Canonicis, num. 329. — ¹⁷ De Offic. et Potest. episc., alleg. 7, num. 23. - ¹⁸ *Navar.*, in cap. *Placuit*, de poenit., dist. 6, num. 168; et lib. 1, consil. 5, de rescript. - ¹⁹ *Gonzal.*, sup. reg. 8 Cancell., gloss. 12, n. 36. - ²⁰ *Henrig.*, lib. 10, cap. 22, i. f. — ²¹ Lib. 6, part. 2, n. 2259. - ²² *Sanch.*, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 26, n. 2. - ²³ *Tambur.*, de Ordine, cap. 8, § 3, n. 1.

dere litteras dimissorias laicis ratione beneficii vel capellaniae arctatis; neque iis qui, jam prima tonsura insigniti ad beneficium vel capellaniam, quæ actu requirat certum ordinem, praesentantur, eaque expressa condizione, ut qui promoveri petit, nunquam ab episcopo antecessore rejectus sit.

e) Garcia, loc. cit., n. 93 et seqq., male citatur a Croix; refellit enim hanc declarationem S. C. C., seu potius eam alio diverso sensu intelligit, et ipse tenet ut verius, ipsam primam tonsuram comprehendit sub prohibitione.

f) Laymann profecto hic citatur a Croix,

Capitulum,
etiam intra
annum, dat
testimonia-
les.

Quinam
possint or-
dinari, sede
vacante.

afferentibus dimissorias suorum superiorum; his enim bene potest capitulo licentiam concedere ut ordinentur ab aliquo episcopo. — Et sic etiam valent dimissoriae concessae a capitulo, sede vacante, post annum, etiamsi sit jam ingressus novus episcopus. Barbosa¹ cum Molina², Gonzalez, Fagundez, Ledesma, Quaranta, etc. — Praeterea notandum quod, licet in concilio Romano sub Benedicto XIII permissum fuerit vicario capitulari post annum luctus ecclesiae concedere dimissorias; tamen in concordato nostri regni facultas haec est ei sublata, nisi habeat expressam licentiam S. C. Concilii.

Alienus e-
piscopus a
capitulo ac-
cipit licen-
tiam ordi-
nandi: quo-
nam.

Quamvis autem capitulo non possit intra annum dimissorias concedere; dicunt tamen Sanchez³, Tamburini⁴; et Barbosa⁵ cum Henriquez, Quaranta, Molfesio, Piasecio, Fornario, etc., bene posse dare alieno episcopo licentiam pontificium, et pariter conferendi ordines clericis subditis ipsi episcopo, vel subditis eidem sedi vacanti, qui non a metropolitano nec ab episcopo viciniori, sed a Papa debent habere licentiam ordinandi; ut refert decus Garcia apud Barbosa⁶. — Sed huic opinioni se opponit Croix⁷, dicens obstat verba Tridentini (ut supra): *Non liceat infra annum ordinandi licentiam aut litteras dimissorias... concedere*. Gerundum enim *ordinandi* dicit Croix esse activum; unde non debere applicari ordinandis, sed episcopo. — At, venia Patris Croix, docetur a pluribus grammaticae peritis, hujusmodi gerundia modo sumi active, modo passive. Et ipsummet

¹ Alleg. 7, n. 24. — *Goncal.*, sup. reg. 8, gloss. 12, n. 37. — *Fagund.*, de 2^o praecl. Ecc., lib. 8, cap. 8, n. 16. — *Petr. Ledesm.*, de Ordine, cap. 8, concl. 4. — *Quaranta*, v. *Capitulum sede vacante*, qu. 10, dub. 2. — *Bened. XIII*, Synod. Rom., (an. 1725), tit. 18, cap. 2. — *Concord. Neap.*, loc. cit. — ² Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 26, num. 2. — ³ De Ordine, cap. 8, § 2, n. 9. — ⁴ Loc. cit. n. 17; et in Trid., sess. 7, cap. 10, n. 5. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 2257. — ⁶ Sess. 7, de reform., cap. 11 et 12. — ⁷ Tr. 8, cap. 4, n. 67. — *Molfes.*, part. 1, tr. 2, cap. 2, n. 24; et cap. 17, n. 21. — *Philib. Marchin.*, tr. 1, part. 6, cap. 4, num. 17. — ⁸ Loc. cit., num. 68. — *Sanch.*, (pro hoc non citat. a Salm.) Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 20, n. 44. — *Philib. Marchin.*, loc. cit., n. 2 et 3. — *Clem. VIII*, decret. de die 15 Mart. 1596. — ¹⁰ Loc. cit., num. 2236.

sed ex aliis; atvero, lib. 1, tr. 4, cap. 7, n. 16, ubi tractat de capitulo potestate in hac materia, id silentio praetermittit.

⁸) Molina, *de Just.*, tr. 5, disp. 11, n. 4, utique tractat de potestate qua potitur capitulo, sede vacante, dimissorias concedendi in quibusdam casibus; sed, quidquid testetur

concilium plures usurpavit gerundum in passiva significatione; ut ⁷: *facultates de promovendo a quocumque*. Et hic, iuxta proprium sensum Tridentini, *tō ordinandi* verius intelligendum passive; dum concilium, post verba: *non liceat capitulis ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias... concedere*, addit: *alicui qui beneficii occasione arctatus fuerit*. Unde illud concedere refert tam *licentiam ordinandi*, quam litteras dimissoriarum subiecto *alicui*, nempe ordinando.

Notandum 7^o. Hodie non amplius locum habet id quod dicunt Salmant.⁸ cum Molfesio et Philiberto, nempe quod abbates qui possunt suos subditos ordinare (juxta dicta n. 763) possint etiam eis concedere dimissorias ad suscipiendos ordines a quocumque episcopo vel abbatem mitrato. — Neque enim abbates mitrati, adhuc si habeant jurisdictionem quasi episcopalem, possunt alienos subditos ordinare; ex decreto S. Congregationis relato n. 766. Neque alii episcopi quam dioecesani (ut mox videbimus) possunt regulares ordinare.

Notandum 8^o. Regulares exempti debent habere dimissorias a paelatis suis, scilicet generalibus aut provincialibus; ut dicunt Salmant.⁹ cum Sanchez, Diana¹⁰, Philiberto et aliis communiter. Alias peccant mortaliter, et suspensionem incurront. — Praeterea, ex decreto Clementis VIII (relato in extensum apud Croix¹¹) dimissoriae sunt dirigendae ad episcopum dioecesanum: nisi is sit absens, aut non teneat ordinationem. Nec valet dicere

num. 22. — *Fornar.*, de Ordine, cap. 5, n. 7. — *Garcia*, de Benef., part. 5, cap. 7, n. 98. — ⁵ In Trid., sess. 7, cap. 10, n. 5. — ⁶ Lib. 6, part. 2, n. 2257. — ⁷ Sess. 7, de reform., cap. 11 et 12. — ⁸ Tr. 8, cap. 4, n. 67. — *Molfes.*, part. 1, tr. 2, cap. 2, n. 24; et cap. 17, n. 21. — *Philib. Marchin.*, tr. 1, part. 6, cap. 4, num. 17. — ⁹ Loc. cit., num. 68. — *Sanch.*, (pro hoc non citat. a Salm.) Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 20, n. 44. — *Philib. Marchin.*, loc. cit., n. 2 et 3. — *Clem. VIII*, decret. de die 15 Mart. 1596. — ¹⁰ Loc. cit., num. 2236.

Barbosa, non dicit ejusmodi dimissorias valere post ingressum novi episcopi.

¹⁰) Diana, part. 2, tr. 16, resol. 13, dicit regulares posse dimissorias habere a suis paelatis. Nec determinat quinam sint hujusmodi paelati regulares, sicut nec Sanchez. Citantur tamen simpliciter a Salmant.

Quid de
abbatibus.

Regulares
exempti ac-
cipiunt di-
missorias a
suis paela-
tis.

Ad quem-
nam episco-
pum dimis-
tendi sint.

cum Sanchez, Laymann, Palao, etc., apud Croix¹, posse dari regularibus dimissorias ad quemcumque episcopum, eo quod mandatum Clementis non fuit receptum, ut asserit Palaus; vel quia (ut putat Sanchez) decretum illud valet tantum pro regularibus eidem episcopo loci subjectis. Nam in cap. 3, de tempor. ordinat. in 6^o, generaliter id vetatur; et praefatum decretum fuit novissime confirmatum et innovatum a Benedicto XIII et XIV. (Vide dicta n. 768).

A quo autem possint ordinari noviti? — Vide dicta n. 764 et 765².

Notandum 9^o. Si quis obtineat facultatem a Pontifice suscipiendi ordines extra tempora, sed cum clausula a suo Ordinario tantum, bene potest cum istius dimissoriis ab alio ordinari. Ita Sanchez³ cum Navarro; Mazzotta⁴; et Croix⁵ cum Gobat. — Ratio, quia apponitur illa par-

Sanch., Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 20, n. 44. — *Laym.*, lib. 5, tr. 9, cap. 9, n. 9. — *Palaus*, tr. 27, punct. 15, n. 8, v. *Quarto*. — ¹ Lib. 6, part. 2, n. 2236. — *Palaus*, loc. cit. — *Sanch.*, loc. cit., n. 45. — *Bened. XIII*, bulla *In supremo*, § 14, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Bened. XIV*, bulla *Im-*

tula tantum ne praejudicium inferatur proprio episcopo; sed minime ipse praejudicatur quando ipsem concedit dimissorias.

Notandum 10^o. Probabiliter episcopus potest confirmare eum qui adducit dimissorias sui proprii episcopi pro tonsura. Ita Croix⁶ cum Gobat⁷. — Et idem ait Croix⁸ cum Gobat⁹, si quis est dimissus ad suscipiendum subdiaconatum, cum non adhuc suscepit ordines minores; quia tunc censemur dimissus etiam pro minoribus.

Notandum 11^o. Quamvis die 22 Iunii 1623 (apud Pittonium¹⁰), S. Congregatio praeposita negotiis regni Neapolitani statuerit nullas esse dimissorias non directas certo Ordinario; tamen anno sequenti die 16 Martii contrarium fuit statutum per S. C. Episcoporum, nempe quod episcopi regni Neapolitani rite possint ex-

positi nobis. — ² Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 25, n. 2. — *Navar.*, lib. 1, consil. 25, de temp. ord. — ³ Tr. 5, disp. 6, cap. 2, § 5, quer. 1. — ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 2242. — *Gobat*, tr. 8, n. 570. — ⁵ Loc. cit., n. 2239. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Decis. pro Episcopis, n. 896 et 906.

Ordinan-
dus potest
confirmari
ab episcopo
ad quem di-
mittitur.

Quid de
dimissoriis
ad certum
episcopum.

¹) Quod ad regulares attinet, haec notanda veniunt quae in decreto S. C. Ep. et Reg. *Auctis admodum*, diei 4 Novembris 1892 praescribuntur: « I. Firmis remanentibus constitutione S. Pii V diei 15 Oct. anni 1568 incipient *Romanus Pontifex*, et declaratione sa. me. Pii PP. IX, edita die 12 mens. Junii anni 1858, quibus superioribus ordinum regularem prohibetur ne litteras dimissoriales concedant novitiis aut professis votorum simplicium triennalium, ad hoc ut titulo paupertatis ad sacros ordines promoveri valeant, eaedem dispositiones extenduntur etiam ad instituta votorum simplicium, ita ut horum institutorum superiores non possint in posterum litteras dimissoriales concedere pro sacris ordinibus, vel quomodocumque ad sacros ordines alumnos promovere titulo mensae communis vel missionis, nisi illis tantum alumnis qui vota quidem simplicia, sed perpetua jam emiserint, et proprio instituto stabiliter aggregati fuerint; vel qui saltem per triennium permanserint in votis simplicibus temporaneis, quod ea instituta quae ultra triennium perpetuam differunt professionem. Revocatis ad hunc effectum omnibus induit ac privilegiis jam obtentis a S. Sede, necnon dispositionibus contrariis in respectivis constitutionibus contentis, etsi tales constitutiones fuerint a S. Sede Apostolica approbatae. II. Hinc notum sit oportet de generali regula

¹⁰) Rebuffus a Croix non citatur pro hoc asserto, et revera illud praetermittit, *Prax.*, part. 1, tit. Formula dimissoriarum, n. 5.

⁹) Gobat id non habet, tr. 8, n. 590 et seqq.; nec citatur a Croix pro hoc dicto.

traneos ordinare cum dimissoriis proprii Ordinarii, licet non sint directae ad certum episcopum. Hinc probabiliter dicunt Mazzotta¹; et Croix² cum Gobat et Quintanadvenas, quod si quis est dimissus ad certum episcopum, qui sit designatus in gratiam ipsius ordinandi, bene poterit ab alio ordinis suscipere; ex *regula juris* 61 in 6^o, ubi: *Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.*

Notandum 12^o. Ut quis ordinetur ab alieno episcopo, non requiritur ut obtineat a proprio licentiam in scriptis; sed satis est si constet de illa per testes vel aliter. — Ita Sanchez³, Salmant.⁴

789. — Sed dubitatur 1^o. *An aliquis episcopus possit ordinare alterius subdutum sine illius expressa licentia, sub spe ratihabitionis de futuro?*

Affirmant Paludanus, Villalobos⁵, Diana⁶ et Ledesma, apud Salmant.⁷ Idque admittunt Trullench et alii plures, apud Sanchez⁸, si inter episcopum ordinantem, vel inter initiandum et episcopum proprium singularis amicitia intercedat. — Sed verius negant Sanchez⁹, Bonacina¹⁰, Croix¹¹; et Salmant.¹² cum Aversa, Philiberto et aliis pluribus. Ratio, quia a Tri-

¹ Cap. 2, § 5, quaer. 1. — ² Lib. 6, part. 2, n. 2241. — *Gobat*, tr. 8, n. 599. — *Quintanadvo*, tr. 6, singul. 19, n. 2. — ³ Tr. 8, cap. 4, n. 61. — *Palud.*, in 4, dist. 17, qu. 3, art. 3, v. *Octavus* (n. 28); et dist. 18, qu. 7, art. 2, cas. 9 (n. 10). — *Petr. Ledesm.*, de *Ordine*, cap. 8, concl. 5, v. *Secundus*. — ⁴ Tr. 8, cap. 4, n. 63. — *Trull.*, lib. 6, dub. 8, n. 14. — ⁵ *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 20, n. 13. — ⁶ *De Ordine*, punct. 4, n. 28. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 2288. — ⁸ *Loc. cit.*, n. 64. — *Aversa*,

⁹ Sanchez utique istud asserit, *loc. cit.*, *dub. 20*, n. 4; sed excipit casum quo Italus episcopus ultramontanum clericum vellet ordinare.

789. — ^a *Villalobos*, part. 1, tr. 11, diff. 9, n. 8, videtur loqui de ratihabitione de praesenti.

^b *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 191, loquitur de speciali casu, quo quis habens dimissorias ut ordinetur a quocumque episcopo, *in propria dioecesi* ordinante, ordinatur tamen ab episcopo ordinante *in aliena dioecesi*; et dicit posse fieri, «cum ordinandus et episcopus ordinans certo scirent proprium episcopum (si hoc sciret) generales dimissorias concessurum esse, et omnia rata habere». Sed in probatione loquitur generaliter de ordinante sub spe ratihabitionis.

^c Apud Sanchez, *loc. cit.*, n. 12, alii plures

dentino, ad tollendos errores et dissidia, exigitur licentia expressa proprii Ordinarii: *Nisi de loci Ordinarii expressa licentia*, ut dicit concilium^d. — Episcopus autem bene poterit ratam habere talem ordinationem, nec opus est recurrir ad Summum Pontificem; quia ipse potest ordinatum absolvere a suspensiōne ordinis suscepti, ut concedit Tridentinum. Ita Sanchez^e; Salmant.^f cum Aversa; et Croix^g cum Delbene et aliis, contra Rebuffum.

An autem *sufficiat ratihabitione sive licentia praesumpta de praesenti, ad ordinandum clericum alienum?* — Probabile mihi et aliis videtur id posse admitti, saltem sine culpa gravi.

Dubitatur 2^o. *An episcopus, cui dimissoriae diriguntur, possit dispensare cum ordinando super irregularitate aut alio impedimento canonico, super quo proprius episcopus potest dispensare?*

Prima sententia affirmat: quam tenent Silvester^h; et Angelus, Armilla ac Henriquez, apud Palaumⁱ. — Quia (ut ajunt) eo ipso quod episcopus dat licentiam alieno ordinandi, dat etiam dispensandi; cum dispensatio praemittenda sit ordinationi suscipientis. Idque colligunt ex cap. *Praeterea, de offic. jud. deleg.*, ubi di-

Probabi-
lius non po-
test.

Probabi-
ter suffici-
ratihabition
de praesen-
ti.

Episcopus
ad quem di-
mittitur,
juxta alios,
potest dis-
pensare ab
irregulari-
tate.

Testimo-
niales ab e-
piscopo ori-
ginis sem-
per haben-
dae.

Examen
de scientia.

Examen
de scientia.

citur: *Ex eo quod causa sibi committitur, super omnibus quae ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.*

Secunda vero sententia probabilior negat. Et hanc tenent Palaus^j, Mazzotta^k; Sanchez^l cum Navarro^m etⁿ cum Sà^o; et Croix^p cum Diana^q. — Ratio: tum quia privilegia non extenduntur ultra casum expressum; tum quia in disparatis non fit illatio, quando facultas data non est cum alia necessario connexa: prout (sapienter dicit Sanchez) si episcopus dat licentiam parocho assistendi alicui matrimonio, non ideo intelligitur dare facultatem dispensandi in impedimento in quo ipse potest. Idque tanto magis valeret, si in dimissoriis adderetur clausula: *Si tamen alias nullum tibi obsistat impedimentum canonicum.* — Ad textum autem supra allatum respondetur quod ibi agebatur de facultate necessaria cum data connexa, ut legenti patet.

Notandum quod ordinandus debet semper habere litteras testimoniales ab episcopo originis, etiam in aetate infantili ab illius dioecesi discesserit, saltem ad testificandum de natalibus ac aetate; prout a S. Congregatione resolutum^r refert Pater Zaccaria apud Croix^s.

790. — REQUIRITUR V^o. Examen de scientia.

1^o. In hoc advertendum quod Tridentinum pro initiandis ad ordines minores

¹ Tr. 6, disp. 6, cap. 2, § 5, qu. 1. — ² *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 27, n. 2. — ³ *De Matr.*, lib. 8, disp. 1, n. 25. — ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 2240. — *Sanch.*, de *Matr.*, loc. cit. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 2251. — *Innoc.*, in cap. *Cum in cunctis*, de elect., num. 1. — *Menoch.*, de *Arbitrar. judic.*, lib. 2, centur. 5, cas. 425, n. 58. — *Turrecr.*, in can. *Illitteratos*,

⁶ *Palaus*, *loc. cit.*, n. 21, distinguit, et affirmat posse, si episcopus, dimissorias concedens, conscient sit irregularitatis; si vero sit ignoratus impedimenti, «verius censeo (inquit) non inferri inde facultatem concessam dispensandi».

⁷ *Navarrus*, *consil. 13, de tempor. ordinat.*, n. 2, citatur a Sanchez pro casu simili; sed hunc etiam habet.

⁸ Sà pariter citatur a Sanchez pro alio casu; et hunc nostrum, v. *Episcopus*, n. 36, plane omittit.

⁹ *Diana*, part. 8, tr. 3, resol. 35; et part. 7, tr. 2, resol. 37, sententias oppositas tantummodo refert.

requirit ut saltēm linguam latinam intelligent. Ita in sess. 23, [de reform.], cap. 11, ubi dicitur: *Minores ordines iis qui saltēm latinam linguam intelligent, per temporum interstitia, nisi aliud episcopo expedire magis videatur, conferantur.*

Utrum autem episcopus possit ordinare in minoribus clericū qui ignorat linguam latinam, si spes sit quod postea addiscet?

Affirmant Innocentius, Menochius, Turcremata, etc., apud Sanchez⁶. — Sed melius negant Salmant.⁷; et ipse Sanchez⁸ cum Navarro et Salzedo. Ratio, quia ille *nisi aliud episcopo videatur*, verius et communiter a DD. intelligitur tantum quoad interstitia, non autem quoad scientiam.

Verum non videtur improbabile cum Sanchez et Rebuffo⁹, quod si ordinandus non adhuc sciat linguam latinam quantum oportet, sed de brevi certo speratur fore ut addiscat, tunc poterit episcopus eum ordinare. Sed melius quidem meo iudicio faciet, si non ordinabit.

2^o. Pro initiandis ad *subdiaconatum et diaconatum* requirit concilium¹⁰, ut sint litteris, et his quae ad ordinem exercendum pertinent, instructi. — Utrum autem licite possit ordinari subdiaconus, vel admissi ad beneficium, qui adhuc nescit ordinare officium divinum, sed probabiliter de brevi praesumitur instructum iri, ut promittit? Recte affirmant Sanchez¹¹ et

¹⁰ Lib. 6, part. 2, n. 2286. — ¹¹ *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 45, n. 13. — ¹² Tr. 8, cap. 5, n. 43. — ¹³ *Loc. cit.*, n. 14. — *Navar.*, in cap. *Sì quando*, de *rescript.*, except. 13, n. 7. — *Salzedo*, in *Prax. crimin.* Bernardi Diaz, cap. 21, not. D. — *Sanch.*, loc. cit., num. 18. — ¹⁴ Sess. 23, de reform., cap. 13. — ¹⁵ *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 45, n. 6.

Initiandi
ordinibus
minoribus
sciant lin-
guam lati-
nam.

Non suffi-
cit spes ut
postea ad-
discant.

Subdia-
coni et dia-
coni sciant
litteras et
necessaria
ad ordinis
exercitium.

Sufficit pro
subdiacono
spes ut bre-
vi insirua-
tur de offi-
cio.

Sacerdo-
tes sciant
necessaria
ad docen-
dum popu-
lum et mi-
nistranda
sacra-
menta.

Quid va-
leat: mini-
stranda sa-
cramenta.

Salmant.¹: modo (intellige) interim ab alio adjuvetur ad recitandum.

3º. Pro initiandis demum ad *sacerdotium* vult concilium², ut ipsi ad *populum docendum ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda sacramenta, diligenti examine pree- dente, idonei comprobentur.*

791. — Sed hic quaeritur 1º. Quomodo intelligenda verba illa: *administranda sacramenta?*

Palaus³ cum Vasquez et Coninck censem intelligi, ut presbyterandi sciant ea quae requiruntur ad bene ministranda, non jam Poenitentiae, sed Baptismi et Eucharistiae sacramenta⁴. — Sanchez⁴ autem cum Ledesma intelligit, ut sciant quae sit materia et forma cuiusque sacramenti⁵. — Sed melius ajunt Laymann⁶; et Salmant.⁵ cum Aversa⁷, Rodriguez⁸ et Philiberto⁹, presbyterandum debere quidem scire ea quae spectant ad Sacrificium et sacramenta Baptismi ac Extremae Unctionis, quorum est minister: circa vero sacramentum Poenitentiae non requiri in eo tantam scientiam quanta est necessaria confessario approbato.

¹ Tr. 8, cap. 5, n. 44. — ² Sess. 23, de reform., cap. 14. — ³ Tr. 27, punct. 8, n. 13. — ⁴ Vasq., disp. 246, cap. 6, n. 54. — ⁵ Coninck, disp. 20, dub. 10, n. 103. — ⁶ Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 45, n. 16. — ⁷ Barthol. a Ledesm., Sum., de Ord. diff. 16, v. *Hodie tamen.* — ⁸ Tr. 8, cap. 5, n. 44. — ⁹ S. Carol., concil.

habita ratione aetatis, quae ostendit illum magnam callere non posse scientiam in illa aetate, et sub spe futuri studii illum promovere ». Quod quidem Sanchez applicat scientiae requisitus in minoribus ordinibus.

791. — a) Palaus ita sane docet, sed subdit: « Vel saltem eam scientiam quae ad ministranda sacramenta in genere requisita est, tametsi non habeatur illa scientia quae requisita est pro sacramentorum ex officio administratione ». — Vasquez sacramentis Baptismi et Eucharistiae addit etiam Extremam Unctionem. — Coninck vero dicit solum: Praecise tamen pro sacerdotio non est necessaria illa scientia quae requiritur in confessario ».

b) Apud Sanchez, Ledesma utique habet hanc interpretationem. Sed uterque magis cum S. Alfonso concordat; nam Sanchez dicit requiri « ut Sacrificium illud intelligat; et sic requiritur ut bene legat contenta in Missa, et mediocriter intelligat, et ut habeat mediocrem scientiam, ut possit servare rite ea quae spectant ad Missam conficiendam ». — Ledesma pariter: « In simplici... sacerdote,

Unde infero quod quilibet simplex sacerdos debet habere aliqualem scientiam circa materias magis obvias quae pertinent ad sacramentum Poenitentiae, saltem pro casibus necessitatis, in quibus confessiones excipere tenetur. Et hoc est iuxta doctrinam S. Caroli Borromaei in concilio Mediolanensi V, ubi dictum fuit quod initiandus ad presbyteratum, circa sacramentum *Confessionis aliquam* (saltem) *peritiam habeat*. Alias non videtur posse a gravi culpa excusari; etenim Innocentius XIII, in bulla *Apostolici ministerii*, confirmata a Benedicto XIII (apud Benedictum XIV¹⁰), explicando praefatum textum concilii (ut ait praefatus Benedictus XIV), nullam aliam benignorem interpretationem potuit ei dare quam illum reducendo ad studium theologie moralis. — Et ratio est, quia, cum sit officium proprium cuiusque sacerdotis Poenitentiam ministrare in necessitate, quisque sacerdos debet scire ea quae ad tale officium rite peragendum spectant; ut clare infertur ex eo quod docet D. Thomas¹¹, ubi ait: *Ad hoc quod homo ordinis officium exsequatur, oportet quod habeat tantum de scientia quae sufficiat ad hoc quod dirigatur in actu illius ordinis: ideo talis scientia requiritur in eo qui ad ordines promoveri debet.*

Quid requi-
ratur in re-
ligiosis pro-
movendis.

tum de scientia quae sufficiat ad hoc quod dirigatur in actu illius ordinis: ideo talis scientia requiritur in eo qui ad ordines promoveri debet.

Benignius quidem (ut notat Natalis Alexander¹²) agendum cum iis qui religiosum professi sunt vitae contemplativae; ut sunt Camaldulenses, Cartusiani et similares. Secus vero cum aliis¹³ qui vitam activam profitentur; in his enim eadem scientia requiritur qua egent alii sacerdotes: *Aliqui* (addit D. Thomas¹⁴) *ad sacerdotium promoventur quibus committitur primus actus tantum (supra Corpus Christi verum), sicut religiosi... et... talibus sufficiit si tantum de scientia habeant quod ea quae ad sacramentum perficiendum spectant, rite servare possint. Alii autem promoventur ad... actum... supra corpus Christi mysticum... unde scientia legis in eis esse debet, non quidem ut sciant... difficiles quaestiones legis..., sed sciant quae populus debet credere et observare de lege.* Et hoc quidem ex illo Malach. II, 7: *Labia... sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus.*

Quaenam
scire debeat
initiandus
sacerdotio.

Unde concludo quod promovendi ad sacerdotium non possunt tuta conscientia ad ordinationem accedere, nisi sciant saltem universaliora principia, quibus solvant dubia saltem communiter occurrentia proxime moribundis. Necnon tenentur distincte scire quomodo se gerere debeant circa moribundos, nempe: *Quando possint eos absolvere? An in articulo vel pericolo mortis, et quali periculo? An praesente confessario approbato? An absolute vel conditionate? Quando moribundum possint censere dispositum ad absolutio-*

¹ De Ordine, cap. 3, art. 5, reg. 22, n. 9. — ² In 4, dist. 24, qu. 1, art. 3, solut. 2, ad 1. — ³ Cap. 10; an. 1215 celebr., ap. Labbe, tom. 18, col. 946 et 947. — ⁴ De Ordine, part. 3, cap. 3, resp. 1. — ⁵ Man., cap. 27, n. 205. — ⁶ Sess. 23, de reform., cap. 4. — ⁷ Garcia, de Benef., part. 7, cap. 7, n. 19. — ⁸ Henr., lib. 10, cap. 16, n. 2. — ⁹ Disp. 7, de Irregul., qu. 2, punct. 1, n. 2. — ¹⁰ Loc. cit., n. 2. — ¹¹ Lib. 10, tr. 4, de Irregul., cap. 12, § 1, n. 6. — ¹² Tr. 8, cap. 5, n. 49. — ¹³ Regin., lib. 30, tr. 2, n. 36. — ¹⁴ Homob., Exam. eccles., tr. 1, cap. 9, qu. 45, v. f. — ¹⁵ Tr. 29, disp. 6, punct. 10, n. 1. — ¹⁶ Suar., de Censur., disp. 51, sect. 1, § De ignorantibus, n. 8. — ¹⁷ Filli., tr. 19, cap. 7, n. 188; et tr. 9, cap. 4, n. 79.

consecratione, et quod materia est panis et vinum, et forma verba consueta ».

e) In hoc altero distinctionis membro Natalis Alexander loquitur de ceteris quibuscumque clericis, et non solum de religiosis vitam activam profitentibus.

f) Garcia et Henrquez ita fere citantur a Bonacina; ipsi tamen solum negant esse irregulares eos qui scientia decenti carent.

nem? Quid debeant imponere illi si habeat casus vel censuras reservatas? — Hinc consequenter episcopus, ne communicet peccato illius qui petit sine tali scientia ordinari, debet, antequam ordinet, certus fieri de tali ejus idoneitate, vel saltem quod de brevi ille addiscet; alias nescio quomodo posset esse tutus in conscientia. Tanto magis quod undique constat hujusmodi ordinatos, post acceptum presbyteratum, omne studium abjicere, eo quod ad nullum aliud exponi debent examen, quod erat unicus omnium suorum studiorum scopus. — Hic etiam advertendum id quod habetur in concilio Lateranensi IV¹⁶ (apud Habert¹⁷), ubi dicitur: *Praecipimus tam in cathedralibus quam in... conventionalibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos episcopi possint coadiutores... habere, non solum in praedicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus et poenitentiis injungendis, ac caeleris quae ad salutem pertinent animarum.*

Quaeritur 2º. *An illitterati sint omnino irregulares?*

Navarrus¹⁸ dicit inferri ex Tridentino¹⁹ esse irregulares qui linguam latinam non intelligunt. — Garcia autem et Henrquez, apud Bonacina²⁰, censem illitteratos non esse irregulares, ita ut non peccent si in ordinibus susceptis ministrent; sed hos non posse sine culpa gravi ordines suscipere f).

Alli vero cum sententia communi, quam tenent Sanchez²¹, Bonacina²², Tamurinius²³; Salmant.²⁴ cum Reginaldo, Homobono, etc.; ac Palaus²⁵ cum Suarez, Toletu²⁶, Filiuccio, Sayro²⁷ et Avila²⁸,

inquit, requiritur peritia ad congrue celebrandum necessaria; nempe recte distincteque legere ea quae in Missae officio continentur; etiam apte pronunciare et accentuare, et ad minus grammaticaliter intelligere; imo et aliquanta Scripturae intelligentia in eo exigitur. Oportet insuper quod sciat sacramentorum numerum, et quae sit debita materia et debita forma uniuscujusque sacramenti. Ac denique defectus qui in Missa possunt contingere ».

c) Laymann, lib. 5, tr. 9, cap. 7, n. 1, i. f., ut Coninck hic supra nota a.

d) Aversa, qu. 3, sect. 8, v. *De subdiaconi*; Rodriguez, *Quaest. regul.*, tom. 1, qu. 24, art. 7; Philibertus Marchinus, tr. 1, part. 5, cap. 1, num. 12, illa habent quae dicuntur de Poenitentiae sacramento; sed Rodriguez addit praeterea etiam requiri in religioso ordinando, ut « sciat et intelligat necessaria et essentialia quae communiter scire solent sacerdotes celebrantes. Videlicet, quod septem sint Ecclesiae sacramenta, et quod conferunt gratiam, et quod in sacramento altaris continetur realiter et substantialiter corpus Christi, facta

g) Sanchez, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 45, n. 3, scribit: « Omnino illitterati, ut sint irregulares ad ordines minores, dicuntur qui ne- sciunt legere; respectu vero majorum ordinum, qui nesciunt linguam in qua scripta sunt ea quae lecturi sunt ».

h) Toletus, lib. 1, cap. 64, n. 6, dicit illitteratos irregulares esse; et episcopum non posse dispensare cum penitus illitterato, qui

probabilius docent quod illi qui sunt adeo rudes ut ignorant etiam prima rudimenta grammaticae, ita ut nesciant praestare ea quae pertinent ad ordinis exercitium (ad quod requiritur sane scientia linguae latinae), ipsi sunt prorsus irregulares, et graviter peccant tam ordines suscipiendo quam eos exercendo. Et ut dicunt Salmant.¹; et Bonacina² cum Azor³, Suarez⁴, Filiuccio⁵ et Reginaldo⁶, nec etiam Papa posset cum eis dispensare; quia haec irregularitas non solum est de jure humano, sed etiam divino et naturali: ipsum enim jus naturale dictat non esse admittendos ad aliquod munus qui nequeunt illud exercere. Probatur id ex can. *Illitteratos, dist. 36*, ubi illitteratus (intellige omnino illitteratus, ut ait ibi Glossa⁷, nimurum qui nunquam grammaticam audivit) arcetur a suscipiendo ordinibus, pari modo ac corpore vitiatus.

Advertit autem Palaus⁸ quod illa tantum ignorantia irregularitatem inducit, quae exercitium suscepti ordinis omnino impedit. Et sic pariter Roncaglia⁹ dicit esse irregulararem qui debite et congrue nequit ordinem susceptum administrare. — Advertunt etiam Anacletus¹⁰, Holzmann¹¹ et Viva¹² quod haec irregularitas, sublata causa ignorantiae, de se tollitur sine dispensatione.

¹ Tr. 8, cap. 5, n. 49. — ² Disp. 7, de Irregul., qu. 2, punct. 1, n. 2. — ³ Tr. 29, disp. 6, punct. 10, n. 2. — ⁴ Tr. 4, de Censur., qu. 7, de Irregul., cap. ult., qu. 7, resp. 2. — ⁵ Tr. 13, de Censur., dist. 3, n. 26. — ⁶ De Poenis eccl., n. 367. — ⁷ De Censur., qu. 9, art. 4, n. 12. — ⁸ In 4, dist. 24, qu. 1, art. 8, solut. 2. — ⁹ De Ordine, cap. 8, art. 5, reg. 22,

scilicet legere nesciat. Deinde varios gradus scientiae requirit ad diversos ordines. — Sayrus vero, *de Censur.*, lib. 6, cap. 13, n. 5, dicit irregularere esse illitteratos « qui latine legere et scribere nescit, aut qui linguam latinam arte vel usu non didicit ». — Avila deinde, part. 7, disp. 4, dub. 1, dicit penitus illitteratum irregulararem esse.

¹⁰ Auctores isti a Bonacina allegantur pro sententia quae negat Summum Pontificem posse dispensare cum penitus illitterato, ut eos ordines suscipiat qui ad sui exercitium et usum requirunt scientiam qua caret promovendus. At sane Azor, part. 2, lib. 6, cap. 6, qu. 4 et 5, loquitur dumtaxat de promotione ad beneficium. — Suarez vero, loc. cit., n. 11; Filiuccius, tr. 19, cap. 7, n. 192, loquentes de eis quae jure divino et naturali requiruntur, distinguunt, et negant Papam posse dispen-

Quaeritur 3^o. *An in regularibus ordinandis minor requiratur scientia quam in saecularibus?* — Pro iis qui sunt addicti ad vitam contemplativam, prout sunt Camaldulenses (ut diximus), Cartusiani et similes, commune est inter doctores sufficere quod isti sciant legere et canere, ac ea quae pertinent ad Sacrificium: ut docet D. Thomas⁸, dicens quod in religiosis qui ordinantur ad altare satis est scientia qua possint servare ea quae ad Sacrificium spectant. Et idem asserunt Natalis Alexander⁹, Escobar¹⁰ et alii passim.

Difficultas est: *an idem dici valeat pro religiosis aliorum ordinum, qui sunt ad vitam activam instituti?*

Negat Ledesma¹¹, ubi dicit eamdem scientiam requiri in religiosis quam in saecularibus; imo maiorem, quia religiosi frequentius assumuntur ad ministeria proximorum: idque probabile putat Escobar¹². — Sed communissime affirmant Salmant.¹³ cum Soto¹⁴ et Philiberto; ac Barbosa¹⁵ cum Silvestro¹⁶, Graffio, Henriquez, Miranda, etc.; ac pariter probabile putant Escobar¹⁴ et Diana¹⁷. Ratio: tum quia regulares communiter ordinantur tantum ad chorum et altare; tum quia, si alia ignorant, possunt postea ex sociis ea addiscere. Et ab hac sententia non dissentit (ut vidimus)

n. 9. — ¹⁰ Lib. 23, n. 296. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Loc. cit., n. 47. — ¹³ Philib. Marchin., tr. 1, part. 5, cap. 1, n. 9. — ¹⁴ Alleg. 46, n. 14. — ¹⁵ Graff., Decis. aur., part. 2, lib. 1, cap. 11, n. 26; et part. 1, lib. 8, cap. 2, n. 24, et cap. 5, n. 10. — ¹⁶ Henriq., lib. 10, cap. 16, n. 2. — ¹⁷ Miranda, Man., tom. 2, qu. 8, art. 7, concl. 1. — ¹⁸ Lib. 23, n. 296. — ¹⁹ Part. 2, tr. 16, resol. 29.

sare relate ad *usum ordinis*, sed affirmant posse, scilicet valide, quoad *receptionem ordinis*. — Et huic distinctioni videtur accedere Reginaldus, loc. cit., n. 37.

¹¹ Glossa dicit: Illitteratos, « scilicet penitus ». Quod quidem Bonacina interpretatur de eo « qui nunquam grammaticam audivit »; quamvis ipsi Glossae hanc suam interpretationem tribuat.

¹² Petrus de Ledesma ita citatur ab Escobar; sed, *de Ordin. Sacr.*, cap. 7, concl. 4, v. f., non distinguit religiosos contemplativos ab aliis; et absolute requirit maiorem scientiam in religiosis quam in saecularibus.

¹³ Sotus, in 4, dist. 25, qu. 1, art. 4, concl. 3, loquitur de religiosis qui « animarum curam non habent ».

¹⁴ Silvester, v. Clericus II, n. 1, loquitur de monachis.

Minorscien-
ta in reli-
giosis con-
templati-
vis.

Item in re-
ligiosis vi-
tam acti-
vam agen-
tibus.

D. Thomas, dum praefatam doctrinam tradens, generaliter loquitur de religiosis.

Id autem quod ait Barbosa cum aliquibus, nempe quod possint ordinari regulares, etiamsi quodammodo deficiant in lingua latina, non audeo approbare. Nam si in saecularibus initiandis tantum ad ordines minores requirit Tridentinum quod saltem linguam latinam intelligent; quomodo regulares ordinari poterunt ad sacerdotium, adhuc in lingua latina deficiente? — Praeterea, addunt Salmant.¹ cum Rodriguez² et Henriquez³, pariter ac pro religiosis, sufficere pro saecularibus sacristis, cantoribus et similibus, ut sciant tantum legere, canere et executi ministeria ordinis. An autem haec doctrina sit vere et generaliter probabilis, nec audeo asserere: sapientibus me remitto.

792. — Hic autem advertendum 1^o quod episcopus potest quidem sine examine religiosos ordinare, acquiescendo testimonio suorum paelatorum.

Sed bene etiam potest, si velit, eos examinare; ut recte dicunt Escobar⁴, Mazzotta⁵; et Salmant.⁶ cum Aversa, Miranda, etc. Et de hoc non est amplius dubitandum post bullam Benedicti XIV (allatam num. 768, v. *Haec omnia*), ubi statutum fuit regulares examinando esse ab episcopo ordinante.

793. — REQUIRITUR VI^o. *Titulus sustentationis.* — Sed de hoc vide dicenda in § II, ex n. 813.

794. — REQUIRITUR VII^o. *Ut inferior ordo ante superiore suscipiatur.* et alter faciens, non solum graviter peccabit, sed etiam incurrit suspensionem ab exercitio ordinis suscepti quounque episcopus dispensem^a, ex cap. unic., *de clericis per salt. prom.* Qui autem susciperet ordines minores ante tonsuram, peccabit etiam

¹ Barbosa, alleg. 46, n. 14. — ² Tr. 8, cap. 5, n. 47. — ³ Lib. 23, n. 299. — ⁴ Tr. 5, disp. 6, cap. 2, § 6, n. 3. — ⁵ Loc. cit., n. 46. — ⁶ Aversa, qu. 8, sect. 8, v. *Ia etiam.*

^a Rodriguez, *Quaest. regul.*, tom. 1, qu. 24, art. 7; Henriquez, lib. 10, cap. 16, v. f.; et lib. 14, cap. 8, n. 11, non loquuntur de hujusmodi cantoribus, sacristis, etc. Sed Salmant. eos citant his generalibus verbis dumtaxat: « Videantur Henriq... et Rodrig. ».

hoc tamen non ideo ei prohibetur quominus maiorem exigat scientiam a suis subditis (nam pro alienis aliter sentiendum), maxime si illi ordinantur ad ecclesiam alicujus amplae civitatis. Quia concilium in iis quae circa scientiam praescripsit, tantum voluit modum ponere episcopis, ne promoverent aliquem scientia praescripta carentem; non vero prohibuit quin episcopi maiorem scientiam requirant, nisi necessitas loci aliud omnino postularet. — Hinc sapientissime D. Fabritius de Capua, archiepiscopus Salernitanus (dignus perpetua memoria ob zelum in clero reformando) nullum ad sacerdotium admittebat, nisi prius eum rigoroso examine, etiam ad confessiones audiendas idoneum dignosceret. Utinam hujus praesulii exemplum omnes sectarentur! Non quidem invenirent tot sacerdotes inutiles, imo et Ecclesiae perniciosi, quia ex eo quod tales rudes sunt, studium fastidiunt, et ideo in otio marcescentes ad vitia relaxantur.

Hic etiam obiter advertendum quod ex pluribus decretis S. C. Concilii (apud Benedictum XIV⁶) episcopus de novo assumptus ad episcopatum, ex justa causa bene potest examinare parochos, etiam regulares: ex quo infertur quod tanto magis potest examinare confessarios non curatos.

REQUIRITUR VI^o. *Titulus sustentationis.* — Sed de hoc vide dicenda in § II, ex n. 813.

795. — REQUIRITUR VII^o. *Ut inferior ordo ante superiore suscipiatur.* et alter faciens, non solum graviter peccabit, sed etiam incurrit suspensionem ab exercitio ordinis suscepti quounque episcopus dispensem^a, ex cap. unic., *de clericis per salt. prom.* Qui autem susciperet ordines minores ante tonsuram, peccabit etiam

⁶ Miranda, tom. 1, qu. 39, art. 4, i. f.; et tom. 2, qu. 8, art. 7, concl. 1, i. f. — ⁷ Loc. cit., num. 46. — ⁸ Notif. 9, num. 16. Cfr. Pallottini, v. *Episcopus*, § 10, n. 78 et seqq.

Episcopus potest ma-
jorem sci-
entiam exige-
re a pro-
priis subdi-
tis.

Novus epi-
scopus, ex
justa causa,
potest ex-
aminare pa-
rochos et
confessio-
rios.

Titulus
**sustentatio-
nis.**

Ordines
**non susci-
piendi per
saltum.**

mortaliter, sed non incurret suspensio nem. Ita Sanchez^{b)} et Bonacina^{b)}.

Si vero quis susciperet episcopatum ante sacerdotium, invalide susciperet; ut docent Suarez, Sanchez et alii communiter, apud Salmant.¹ — Si autem quis susciperet sacerdotium ante alios ordines, posset quidem episcopus fieri, et valide hic suum munus exerceret; non tamen licite, ante suspicionem ordinis omissi.

794. — REQUIRITUR VIII°. Ut ordinetur tempore debito. — Ordines *majores* conferri possunt tantum in sabbatis quatuor temporum, sabbato ante dominicam Passionis et sabbato sancto. Ordines autem *minores* dari possunt in quolibet festo (modo sit de praecepto, ut explicavit Pontificale Romanum) si conferantur uni vel duobus, ut habetur in cap. *De eo, de temp. ordin.*, ubi dicitur: *Licitum est episcopis, dominicis et aliis festis diebus unum aut duos ad minores ordines promovere.*

Utrum autem liceat ordinare plures quam duos? — Negat Martinus a. S. Joseph. — Sed communiter affirmant docto-

Suar., de Censur., disp. 31, sect. 1, susp. 9, i. . . *Sanct.*, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 14, n. 8. — ¹ *Tr.* 8, cap. 1, n. 40. — *Mart.* a. S. *Jos.*, Aviso de confesores, lib. 1, de Ordine, tr. 5, n. 2. — ² *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 52, n. 8. — *Innoc.*, in cap. *De eo, de temp. ordin.* — *Tabien.*, v. *Ordo II*, n. 4, qu. 3. — *Armill.*, v. *Ordo*, n. 7. — *Henrig.*, lib. 10, cap. 12, n. 2. — *Rebuff.*, *Prax.*, in reg. *Cancell.* 28, § *Item de clericis, v. Statuta tempora, et v. Et minores.* — *Praepos.*, in can. *Quod a patribus*, num. 4, dist. 75. — *Turrecr.*, in can. *Quod a patribus*, n. 2, dist. 75. — ³ *Tr.* 8, cap. 4, n. 78. — ⁴ Cap. 1, sect. 5, qu. 8. — *Silvest.*, v. *Ordo II*, resol. 62.

praetermissum accipere, nisi necessariam impetraverit dispensationem. Hanc episcopi possunt concedere iis qui in ordine suscepto non ministraverint; solus vero Papa, iis qui ministraverint.

^{b)} Sanchez, *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 14, n. 2; Bonacina, *de Ordine*, punct. 5, n. 11, haec non habent de eo qui minores ordines recipere ante tonsuram.

794. — a) Granado, *de Sacr. Ordin.*, tr. 2, disp. 3, n. 1, id refert ex aliis, quos profecto non reprobata.

^{b)} Fagnanus, *in cap. De eo, de temp. ordin.*, non ita tenet, sed distinguit: « Aut episcopus... die veneris (*n. 31*), habet publicam ordinacionem, in eaque publice confert quatuor minores ordines. Et hoc arbitror non potuisse consuetudine introduci, quamvis eam observantes a poenis a sacris canonibus inflicti sint excusandi... Aut episcopus (*n. 34*) dicto

res: modo generalis ordinatio fieri non videatur. Ita Sanchez² cum Innocentio, Tabiena, Armilla, Henriquez, Rebuffo, Praeposito, Turrecremata, etc.; Salmant.³ cum Granado^{a)}; Renzi⁴ cum Silvestro, Palao, Bassaeo, Quintanadvenas; ac Diana⁵ cum aliis; et Glossa in dict. cap. *De eo*, v. *Ad duos*, ubi dicit: *Numquid plures? utique, dummodo non videatur generalis ordinatio.* Ratio est, quia verba textus non sunt apposita taxative, sed exemplificative.

Praeterea dicunt Fagnanus^{b)} cum Hostiensi^{b)}, Barbosa⁶; Palaus⁷ cum Henriquez; Salmant.⁸ cum Granado^{a)}; et Laymann⁹, cum declaratione S. Congregationis (apud Patrem Zaccaria, in adnotat. ad Croix¹⁰), *ordines minores* posse conferri etiam publice^{c)} in feria sexta ante sabbatum generalis ordinationis (et etiam feria quarta quatuor temporum, ut addit Laymann), modo adsit consuetudo: quam testantur Palaus, Salmant. et Barbosa¹¹ cum aliis, jam esse receptam. — *Episcopi* consecratio potest fieri quovis die dominico¹². Et Diana¹³ addit ex Pontificali posse

Pro episcopi consecratione.

qu. 6, v. *Secundum*. — *Palaus*, tr. 27, punct. 18, n. 2. — *Bass.*, v. *Ordo IV*, n. 4. — *Quintan.*, Breve instrucción de Ordenantes, part. 3, § 4, n. 10. — ⁵ Part. 2, tr. 16, resol. 28; et part. 10, tr. 11, resol. 66. — ⁶ Alleg. 11, num. 21. — ⁷ Tr. 27, punct. 13, n. 2. — *Henrig.*, lib. 10, cap. 12, n. 2. — ⁸ Loc. cit., num. 78. — ⁹ Lib. 5, tr. 9, cap. 8, num. 1. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, num. 2290. — *Laym.*, loc. cit., num. 1, f. — *Palaus*, loc. cit. — *Salmant.*, loc. cit. — ¹¹ Loc. cit., n. 21. — ¹² Can. *Ordinationes I*, et can. *Quod die 5*, juncta Glossa ad verb. *Sacerdotium*, dist. 75. — ¹³ Part. 12, tr. 1, resol. 62.

die veneris, confert minores ordines non per modum tenentis generales ordinationes, sed privatim in sua cappella vel etiam in secreta sacristia, et supposita necessitate vel utilitate ecclesiarum...; et arbitror dictam consuetudinem legitime praescriptam excusare, nendum a poena, sed etiam a culpa». — Hostiensis vero, a Fagnano adductus pro hoc altero distinctionis membro, de his omnino silet *in cap. Consultationi, de temp. ordin.*, n. 4.

^{c)} Quidam ex atlatis auctoribus innuant tantum valere etiam pro publica ordinatione, eo quod absque ulla restrictione loquuntur: et sunt Barbosa, Palaus, Henriquez, Salmant., Laymann. — Praeterea declaratio S. C. C., quae refertur ex Zaccaria, dicit quidem « consuetudinem immemorabilem tolerari posse»; sed addit expedire ut episcopus se conformet Pontificali Romano. Et habetur in Thesauro Resol. S. C. C. in *Portalegren.*, 13 April. 1720.

etiam in natalitiis Apostolorum conferri. — Prima autem tonsura quilibet die et loco^{d)} conferri potest. Concina¹ et Sanchez².

795. — REQUIRITUR IX°. Ut ordinetur per debita temporum interstitia, quae sic servanda sunt:

¹º Ut ascendatur ab uno ordine minore ad alium, requiritur aliquod tempus: quod autem a Tridentino non fuit determinatum. Sed in hoc bene potest episcopus cum causa dispensare; dum in concilio^{e)} sic habetur: *Minores ordines... per temporum interstitia, nisi aliud episcopo expedire magis videretur, conferantur.* — Justae causae dispensandi videntur esse (ut ait Escobar⁴) vita solitaria Cartusiorum, ex declaratione S. Congregationis; item aetas ordinandi nimis proiecta, causa studii, et arctatio beneficii recepti vel recipiendi.

Quale vero intervallum intercedere debeat inter unum et alterum ordinem minorem? — Majolus et Ugolinus (apud Barbosa⁵) putant sufficere intervallum de una ordinatione generali ad aliam. — Sed Sorbo et Campanile ibidem⁶ dicunt sufficere de uno festo ad aliud. — Merito autem dicit Barbosa⁷ cum Miranda^{a)}, etc., quod, licet episcopus possit dispensare in hoc ex quacumque causa, laudabilius tamen aget si abstinebit a tali dispensatione.

Praeterea dicunt Silvester⁸; ac Rebuffus, Henriquez, Campanile, apud Barbosa⁹; et decisum refert ibidem Armendariz^{b)}, non licere conferre tonsuram simul cum aliquo ordine minori (nisi adsit alicubi consuetudo). — Sed probabilius videtur

¹ De Ordine, cap. 4, n. 13. — ² Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 52, n. 1. — ³ Sess. 28, de reform., cap. 11. — ⁴ Lib. 23, n. 443. — *Majol.*, lib. 3, cap. 24, n. 13 (edit. Rom. 1619). — *Ugol.*, de Potest. episc., cap. 26, § 27, n. 4. — ⁵ In Trident., sess. 23, cap. 11, n. 6. — ⁶ Loc. cit., cap. 13. — ⁷ Tr. 8, cap. 4, num. 88. — ⁸ Loc. cit., num. 87. — ⁹ Lib. 6, part. 2, num. 2297. — ¹⁰ Sess. 28, de reform., cap. 13. — ¹¹ Loc. cit., cap. 14.

^{d)} Concina et Sanchez loquuntur de tempore; quamvis dub. 50, n. 1, Sanchez dicat ordines minores posse conferri ubi voluerit episcopus; quod sane et potiori ratione de tonsura dicendum est.

795. — a) Barbosa ita tenet, sed cum hac limitatione: « Nisi imminaret necessitas vel

oppositum, cum probabilius tonsura non sit ordo.

²º Ut a minoribus ascendatur ad subdiaconatum, requiritur spatium anni; ex Tridentino¹⁰, ubi: *Hic vero, non nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum, ad sacros ordines moveantur: nisi necessitas aut ecclesiae utilitas, judicio episcopi, aliud exposcat.* — Ecclesiae, id est ecclesiae cui adscriptur; ut patet ex Tridentino¹¹. Utilitas autem intelligitur illa quae quomodolibet conducit ad bonum ecclesiae; ut ajunt Salmant.¹². — Qui autem susciperet subdiaconatum ante annum sine dispensatione graviter peccaret, sed nullam incurreret censuram. Vide Salmant.¹³

³º Ut autem ascendatur a subdiaconatu ad diaconatum, etiam requiritur spatium anni: ad quod tamen dispensandum (ut recte ait Croix¹⁴) non requiritur necessitas vel utilitas ecclesiae. Sed sufficit quaevi rationabilis causa juxta judicium episcopi, ut patet ex eodem Tridentino¹⁵, ubi: *Promoti ad sacram subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud episcopo videatur, ascendere non permittantur.*

⁴º Ut demum ascendatur a diaconatu ad sacerdotium, ad minus requiritur spatium anni: adque hujus temporis dispensationem non sufficit ecclesiae utilitas, sed etiam requiritur necessitas; ex eodem concilio¹⁶, ubi: *Qui... ad presbyteratus ordinem assumuntur..., hi sint qui... in diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob ecclesiae utilitatem ac necessitatem (nota) aliud episcopo videretur, ministraverint.*

⁵ V. *Ordo II*, qu. 7. — *Rebuff.*, in reg. 23 *Cancell.*, v. *Item capiens*. — *Henrig.*, lib. 10, cap. 11, num. 4. — *Campan.*, loc. cit., cap. 2, n. 20, v. *Ex his*. — ⁶ In Trident., sess. 23, cap. 11, n. 6. — ⁷ Loc. cit., cap. 13. — ⁸ Lib. 5, tr. 9, cap. 8, num. 1. — ⁹ Lib. 6, part. 2, num. 2290. — *Laym.*, loc. cit., num. 1, f. — ¹⁰ *Ibid.*, loc. cit. — ¹¹ Loc. cit., n. 21. — ¹² Can. *Ordinationes I*, et can. *Quod die 5*, juncta Glossa ad verb. *Sacerdotium*, dist. 75. — ¹³ Part. 12, tr. 1, resol. 62.

alia urgens causa ei bene visa». — Miranda vero, quem quidem citat Barbosa, negat solum in *Man.*, tom. I, qu. 38, art. 8, concl. 1, requiri causam multum necessariam; et ait quamcumque causam satis esse ad dispensandum in interstitiis.

^{b)} Armendariz, lib. 1, tit. 18, leg. 7, de

Poenae o-
lim sanc-
tiae contra
recipientes
duos ordi-
nes sacros
eodem die.

796. - Praeterea notandum quod ille qui eodem die duos ordines sacros exciperet, non solum graviter peccaret contra praeceptum Tridentini¹, ubi: *Duo sacri ordines non eodem die, etiam regularibus, conferantur, privilegiis ac indultis quibusvis concessis non obstantibus.* Sed etiam incurreret suspensionem ab illorum exercitio², et in irregularitatem incidet, ut patet ex cap. *Innotuit, de eo qui furtive, etc.*, et cap. *Litteras, de temp. ordin.* — Hinc dicitur in citato cap. *Litteras*, quod si quis in sabbato suscipere unum sacram ordinem et alium in dominica, continuato jejunio, id est nulla coena facta, etiam suspensionem incurreret; tunc enim (ut ait textus) ex fictione canonica, vespera sabbati et mane dominicae pro uno die computantur. Secus vero, si jejunium non fuerit continuatum.

Ex quo probabiliter infert Renzi³ cum Nicolio⁴, quod si quis obtinuerit indultum suscipiendo ordines sacros in tribus diebus festivis, poterit, soluto jejunio in sabbato ordinationis, suscipere unum, et alium in dominica sequenti: idque decusum refert a S. Congregatione, die 24 Iulii 1662.

Praeterea inferunt etiam probabiliter

Sanchez⁵, Laymann⁶, Escobar⁷ cum Suarez⁸, Majolo⁹, Villalobos et Leandro; ac Silvester, Henriquez, etc., apud Croix¹⁰, quod si episcopus propter infirmitatem vel aliam causam non possit ordinationem in sabbato exercere aut eam absolvere, poterit illam continuare in dominica: modo (ut ajunt) continuetur jejunium tam ex parte initiandi quam ex parte episcopi, ut recte addit Sanchez. Ad hoc autem non quidem requiritur jejunium naturale (ut aliqui improbabiliter sentiunt), sed sufficit ecclesiasticum, quia textus de hoc clare loquitur; ut recte dicunt Sanchez⁷ cum Silvestro et Tabiena; et Escobar⁸ cum Marchino et Leandro.

Sed hic dubitatur 1^o. *An suspensio praedicta sit latae sententiae?*

Negant Diana¹¹, et Villalobos apud Escobar⁹. — Sed recte affirmant Navarrus¹²; Bonacina¹³ cum Suarez, Sayro, Molfesio, Turriano, Marchino, etc. Idque patet ex dicto cap. *Litteras*, ubi sic dicitur: *Ab exsecutione officii sacerdotalis tamdui volumus manere suspensum, donec de illo disponatur.* Haec tamen suspensio incurrit tantum ab ultimo ordine suscepto, ut bene infert ex praefatis verbis Escobar¹² cum Suarez, Sayro et Molfesio.

¹ Sess. 23, de reform., cap. 18. — ² Cap. 1, sect. 5, qu. 7. — ³ Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 51, num. 4. — ⁴ Lib. 5, tr. 9, cap. 8, n. 5. — ⁵ Lib. 28, n. 438. — ⁶ Villal., part. 1, tr. 11, diff. 13, n. 8. — ⁷ Leand., tr. 6, diff. 11, qu. 8. — ⁸ Silvest., v. Ordo II, qu. 6. — ⁹ Henrige., lib. 10, cap. 12, n. 2. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, n. 2291. — ¹¹ Sanch., loc. cit., n. 4. — ¹² Loc. cit., n. 5. — ¹³ Silvest., loc. cit., qu. 6, v. Primum. — ¹⁴ Tabien., v. Ordo II, n. 4, qu. 8. — ¹⁵ Lib. 28, n. 436. — ¹⁶ Marchin., tr. 1, part. 7, cap. 5, n. 9. — ¹⁷ Leand., disp. 11, qu. 9. —

Episc., n. 57, male citatur a Barbosa; non enim loquitur de prima tonsura cum aliquo minori ordine conferenda.

796. — ^{a)} Poenae istae post constitutionem Apostolicae Sedis non amplius vigent. Evanescent igitur dubium 1 et 2, quae ponuntur infra a S. Alphonso.

^{b)} Nicoli, *Lucubrat. utriusq. jur.*, part. 2, lib. 1, tit. 11, n. 3, v. *Super illo decreto*, hoc videtur innuere a contrario; negat enim posse ad diaconatum promoveri dominica immediate sequenti, continuato jejunio, eum qui tale obtinuit indultum, et sabbato ad subdiaconatum promotus fuerit. Et pro hac sententia afferit declarationem S. C. C., quae reperitur etiam apud Pallottini, v. *Sacramentum Ordinis*, § 5, n. 13. At ipse Renzi aliam afferit, « quam penes me authenticam habui », inquit,

qua decernitur quemdam, qui tale indultum habebat, rite ordinatum fuisse sabbato quatuor temporum ad subdiaconatum; proxima autem die dominica, ad diaconatum; subsequenti vero altera die dominica, ad sacerdotium.

^{c)} Suarez, *de Censur.*, disp. 31, sect. 1, susp. 8, quod ad praesens attinet, afferit tantum asserti rationem, scilicet: vesperam sabbati et mane dominicae reputari unum diem, si continuetur jejunium. — Majolus vero, lib. 3, cap. 24, n. 10 et 11, disjunctive loquitur, et videtur concedere id posse fieri, sive jejunium sabbati producatur in dominicam, sive tanta sit ordinandorum multitudo, ut sabbato omnibus satisfieri non possit.

^{d)} Diana, part. 5, tr. 10, resol. 36, quamvis ab Escobar citetur, utramque sententiam dumtaxat recitative habet.

Dubitatur 2^o. *An qui suscipit duos ordines sacros, non servatis interstitiis, suspensionem incurrit?* — Respondeatur:

Qui ordinatur continuatis diebus extra tempora, incurrit quidem suspensionem, ex bullis Sixti V et Clementis VIII. Prout incurrit etiam qui ordinatur sine litteris dimissoriis, vel ante legitimam aetatem. Vide Tamburinium¹. — Qui vero ordinatur diversis diebus, non servatis interstitiis, sed legitimis temporibus, peccaret quidem graviter², sed suspensionem probabilium non incurrit; ut dicunt Bonacina³, Barbosa⁴, Croix⁵; Renzi⁶ cum Suarez; Tamburinius⁶ cum Palao; Salmant.⁷ cum Trullench.; et Escobar⁸ cum Navarro, Villalobos, Marchino, etc.; et Cabassutius⁹, cum Navarro et Sayro (contra Diana¹⁰). Licut enim Sixtus V in quadam *Extravaganti* poenam suspensionis imposuerit, tamen illa, respectu ad nostrum casum, sublata fuit a Clemente VIII, ut refert Tamburinius¹¹.

797. — Qui autem eadem die suscipit quatuor ordines minores una cum subdiaconatu, etiam peccaret graviter;

*Quid de re-
cipiente
quatuor mi-
nores cum
subdiaconatu.*

Sixtus V, bulla *Sanctum et salutare* (quae tamen a Clemente VIII, bulla *Romanum Pontificem*, ad limites Trid. reducta est). — ¹ Lib. 7, de Ordine, cap. 11, § 1, num. 3. — ² De Ordine, punct. 5, num. 53. — ³ In Trid., sess. 23, cap. 13, num. 11. — ⁴ Lib. 6, part. 2, num. 2302, — ⁵ Cap. 1, sect. 5, qu. 1. — ⁶ *Suar.*, disp. 31, sect. 1, susp. 8, n. 43. — ⁷ Lib. 7, de Ordine, cap. 11, § 1, n. 2. — ⁸ *Palau.*, tr. 29, disp. 4, punct. 10, § 1, n. 8, v. *Ob violationem.* — ⁹ Tr. 8, cap. 4, num. 87. — ¹⁰ *Trull.*, lib. 6, dub. 9, num. 10. — ¹¹ Lib. 23, n. 455 et 457. — ¹² *Navar.*, Consil. 4, de temp. ordin. — ¹³ *Villal.*, part. 1, tr. 11, diff. 12, num. 2. — ¹⁴ *Marchin.*, tr. 1, part. 7, cap. 1, num. 12. — ¹⁵ *Leand.*, disp. 11, n. 13. — ¹⁶ *Sayr.*, de Censur., lib. 7, cap. 10, n. 26. — ¹⁷ *Molfes.*, part. 1, tr. 2, cap. 8, n. 18 et 27. — ¹⁸ *Rodrig.*, Sum., part. 2, cap. 16, num. 8.

^{e)} Plures ex auctoribus citatis omittunt quaesitum an sit mortale.

797. — ^{a)} Vasquez, disp. 246, cap. 5, n. 46, dicit utique Tridentinum, loc. cit., cap. 13, solum prohibere ne duo ordines sacri eodem die ulli conferantur; et pro hoc citatur a Salmant., loc. cit., n. 80. Deinde, n. 47, negat cap. 2, de eo qui furtive intelligendum esse de receptione ordinum minorum cum subdiaconatu eodem die. — Fatendum tamen est Tridentinum, cap. 11, inhibuisse ne « nonnisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum, ad sacros ordines promoveantur, nisi necessitas aut ecclesiae utilitas, iudicio episcopi aliud exposcat ».

^{b)} Silvester id innuere videtur, v. Ordo II, qu. 7; negat enim posse primam tonsuram et minores ordines simul conferri, nisi adsit

ut habetur ex cap. 2, de eo qui furtive, etc., ubi dicitur: *Quatuor minores ordines contulisti, quibus non contentus subdiaconatum etiam temerario ausu recepit....*

Mandamus quatenus eum in minoribus dumtaxat celebrare permittas. — Dicit autem Vasquez^{a)} apud Salmant.^{a)}, praefatum textum fuisse revocatum ex Tridentino^{a)}, ubi concilium tantum inhibuit duos sacros ordines simul conferri. Sed haec doctrina communiter non recipitur; nam concilium id praescribendo, textum non revocavit, sed illum in suo vigore reliquit.

At hic dubitatur 1^o. *An ab hac prohibitione excusat consuetudo contraria, si allicubi vigeret?*

Negant Silvester^{b)}, Toletus, Reginaldus, etc., apud Escobar¹². — Sed verius affirmant Navarrus¹³, Suarez¹⁴, qui afferit de hoc decretum S. Congregationis^{c)}; Holzmann¹⁵; Salmant.¹⁶ cum Villalobos, Marchino, Leandro, etc.; ac Escobar^{d)} cum S. Antonino^{e)}, Sayro, Molfesio, Rodriguez et Miranda^{f)}. Quia hujusmodi consuetudo nullibi videtur reprobata.

*Consuetu-
do excusat.*

consuetudo; et subdit quatuor minores ordines cum aliquo sacro conferri non posse, « nisi ex dispensatione Papae solius »; his verbis profecto excludens etiam consuetudinem.

^{c)} Suarez non afferit declarationem S. C. pro hoc asserto. At S. C. C., interrogata utrum consuetudo uno eodemque die quatuor minores ordines et subdiaconatum suscipiendo excusat quominus sic promoti currant irregularitatem, respondit tantum: Posita consuetudine, posse episcopum uno eodemque die ad quatuor minores ordines quempiam promovere. Cfr. Pallottini, v. *Sacr. Ordinis*, § 5, n. 7 et 8.

^{d)} Quin etiam Escobar, loc. cit., n. 446, id licere asserit, « etiam seclusa consuetudine ».

^{e)} S. Antoninus ab Escobar non citatur, neque hoc habet, part. 3, tit. 14, cap. 16, § 16.

^{f)} Miranda, Man., tom. 1, qu. 38, art. 5,

Dubitatur 2º. *Utrum taliter ordinatus, ubi non adest contraria consuetudo, incureret suspensionem?*

Affirmat Bonacina¹. — Sed probabilius negant Escobar² et Suarez³; quia Pontifex in dicto cap. 2 tantum praecipit episcopo ne permittat ordinato ministrare, non autem eum suspendit. — Merito tamen dicit Navarrus⁴ contra Suarez hunc fieri irregularem quoad ordines superiores suscipiendos; dum ibi sic subditur: *Si vero (ordinatus) domum religiosam intravit, et mores ejus exegerint, abbas (si voluerit) in aliis poterit ordinibus dispensare. Si igitur indiget dispensatione, erit hic quidem irregularis ad alios ordines recipiendos.*

Dubitatur 3º. *An regulares possint ex licentia suorum praelatorum ordinari extra tempora?*

Negant Vasquez, Suarez, Lezana, Peyrinus⁵, etc., apud Escobar⁶. Quia, licet Gregorius XIII hoc privilegium concesserit Societati Jesu, tamen expresse prohibuit quominus aliae religiones in eo communicarent. — Sed verius affirmant Laymann⁶, Barbosa⁷; Escobar⁸ cum Machado, Leandro, de la Cruz, Diana etc.; ac Salmant.⁹ cum Aversa, Philiberto, Portello et Rodriguez. Ratio, quia post Gregorium XIII, Clemens VIII absolute hoc privilegium concessit omnibus Mendican-

Secus, fit
irregularis
ad ordines
superiores.

tibus; et Urbanus VIII concessit ordini Discalceatorum SS. Trinitatis (ut fert Escobar¹⁰). Et novissime Benedictus XIII (apud Benedictum XIV¹¹) in concilio Romano¹² hoc privilegium confirmavit, dicens: *Quo vero ad regulares privilegia a Summis Pontificibus habentes, sive expresse, sive per viam communicationis concessa, sacros videlicet ordines extra tempora suscipiendi; cum privilegia ipsa in suo robore persistant, nec iis derogatum fuisse constet, decernimus proinde regulares eosdem, absque novo indulto apostolico, tuto posse extra tempora ordinari.*

Dubitatur 4º. *An regulares, cum ordinantur extra tempora, possint ordinari in quovis festo duplice, esto non sit de praeccepto?*

Affirmant Diana¹³; et Praepositus¹⁴, Fagundez, Villalobos et Homobonus, apud Escobar¹⁴; item Suarez¹⁵, Stephanus et Manuel, apud Barbosa¹⁵ (qui id probabile putat). Et idem dicit¹⁶ Croix¹⁶ cum Gobat, Tamburinio, etc., de iis qui ex indulto ordinantur extra tempora in tribus diebus festivis. — Ratio, quia Alexander VI, loquens de initiandis per hoc privilegium, dixit posse ordinari *tribus diebus dominicis, sive festis duplicibus*¹⁷, non autem dixit de praeccepto, sed tantum *duplicibus* (ad differentiam semiduplicium) diebus, qui ut plurimum non sunt de praeccepto.

Juxta alios,
non requiri
festum de
praeccepto.

¹ De Censur., disp. 3, punct. 5, § 1, n. 4. — ² Lib. 23, n. 450. — ³ Disp. 31, sect. 1, susp. 8, n. 41. — ⁴ Man., cap. 27, n. 241. — ⁵ Suar., loc. cit. — ⁶ Vasq., disp. 246, cap. 5, n. 50, f. 1. — ⁷ Suar., de Legib., lib. 8, cap. 17, n. 8. — ⁸ Lezana, Sum., cap. 14, de Obligat. regular. in suspect. ordinum, n. 19. — ⁹ Lib. 23, num. 464. — ¹⁰ Gregor. XIII, brev. *Pium et utile*, de die 21 Sept. 1582, in Bullar. Rom. Mainardi. — ¹¹ Lib. 5, tr. 9, cap. 8, n. 2. — ¹² Alleg. 17, n. 6. — ¹³ Loc. cit., n. 466. — ¹⁴ Machad., Perfecto confessor, lib. 5, part. 2, tr. 6, docum. 9, n. 2. — ¹⁵ Leand., tr. 6, disp. 11, qu. 23. — ¹⁶ De la Cruz, de Statu relig., lib. 2, cap. 8, dub. 1. — ¹⁷ Diana, part. 3, tr. 2, resol. 31, 81 et 112. — ¹⁸ Tr. 8, cap. 4, n. 83 et seq. — ¹⁹ Aversa, qu. 3, sect. 9, v. Qui vero. — ²⁰ Philib. Marchin., tr. 1, part. 7, cap. 7. — ²¹ Portel., Dub. regul., v. Ordines sacri, n. 4. — ²² Rodrig., num. 7.

concl. 2; et art. 8, concl. 2, negat se tum assentire huic opinioni tum ab ea dissentire; quamvis, art. 8, concedat eam non esse improbabilem.

²³ Laurentius de Peyrinis, tom. I, in const. 2 Sixti IV, § 11, n. 39, in hanc opinionem videtur propendere, eo quod eam ultimo loco ponit, ejusque rationes fusius exponit.

²⁴ Praepositus, in 3. P., de Sacr. Ordin., dub. 15, n. 150, loquens de minoribus ordi-

nibus, vult esse in hoc sensu intelligendum verbum *festis*, quod habetur in cap. *De eo*.

²⁵ Suarez ab Escobar citatur pro adjecta ratione, scilicet festa doctorum etc. aequiparari festis Apostolorum, non quoad feriationem, sed quoad eorum celebrationem sub ritu duplice; quod revera habet Suarez, de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 9, n. 22.

²⁶ Scilicet *probabile esse*.

²⁷ Ita habetur apud Casarubios, v. Ordines

Sed negant probabilius (ut videtur) Escobar¹, Azor² et Lugo³, dicentes, non posse ordinari nisi in festo de praeccepto, in quo populus vacat ab operibus servilibus. Ratio: tum quia Gregorius XIII, loquendo de hoc eodem privilegio, dixit *diebus dominicis vel aliis festis diebus, non festis duplicitibus*; tum quia dies festivus in sua propria significatione denotat diem feriatum, ut explicat Ambrosius Calepinus⁴. Et licet in rubricis missalis et breviarii *festum* accipiatur, prout distinguitur a feriis; in jure tamen *festum* accipitur ut dies in qua vacatur ab operibus laboriosis.

Haec quidem secunda sententia est tertia, et videtur probabilius⁵; sed primam non audeo reprobare; et dico standum esse consuetudini, quae est optima legum interpres.

Notandum autem hic quod ii qui obtinent a Papa licentiam suscipiendi ordines sacros extra tempora in tribus diebus festivis, non egent dimissoriis sui Ordinarii; sed tantum testimonialibus: sine quibus ordinans incurreret suspensionem per annum a collatione ordinum, et ordinatus suspensionem perpetuam⁶ ab exercitio ordinis suscepti: ex Tridentino⁸. — Hoc tamen recte dicunt Salmant.⁹ cum Bonacina¹⁰, Philiberto, Villalobos¹¹, Henriquez, etc., non intelligi de collatione primae tonsurae¹², cum haec sine pontificalibus conferatur. — Si autem episcopus roga-

¹ Lib. 23, n. 472. — ² Part. 2, lib. 1, cap. 27, qu. 19. — ³ Resp. mor., lib. 1, dub. 34. — ⁴ Greg. XIII, brev. *Pium et utile*, § 3. — ⁵ Lexicon, v. *Festus dies*. — ⁶ Sess. 23, de reform., cap. 5. — ⁷ Tr. 8, cap. 4, num. 75. — ⁸ Phil. Marchin., tr. 1, part. 5, cap. 10, num. 9. — ⁹ Henrig., lib. 3, cap. 6, n. 6.

sacri, n. 11; sed oraculum istud notatur o parva, qua significatur esse oraculum non authenticum. Cfr. etiam pro alio privilegio ejusdem Alexandri VI, notam c ad Append. de Privileg., n. 116.

¹⁰ Cfr. notam e ad dictum n. 116, de Privileg., ubi referuntur plures declaratio-nes S. C. C., quae vetant ordines conferri diebus festis quae non sint de praeccepto.

¹¹ Quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire», ut ait Tridentinum.

¹² Statutum Tridentini valet pro ordinationibus generalibus tantum. Ordinatio autem paucarum aliquot personarum, cum non sit generalis, potest haberi etiam in capella privata episcopi, uti declaravit S. C. C. in Meliten. mense Novembr. 1592; v. Pallottini, v. *Sacramentum Ordinis*, § 5, n. 21 et 23. Cfr. Decr. auth. S. R. C., n. 2397, ad. 2. Quin

suscipiendi ordinem a quocumque episcopo; alias, etiam a proprio debet ordinari, vel ab eo dimissoriis ad alium accipere.

Licentia autem suscipiendi ordines sacros in tribus diebus festivis intelligitur, ut dies sint interpolati; prout refert Croix⁶ declaratum a S. Congregatione.

⁷ 798. — REQUIRITUR Xº. *Locus pro collatione ordinum*. De quo in Tridentino⁷ sic habetur: *Ordinationes sacrorum ordinum statutis a jure temporibus, ac in cathedrali ecclesia, vocatis praesentibus que ad id ecclesiae canonicis, publice celebrentur. Sin autem in alio dioecesis loco, praesente clero loci, dignior (quantum fieri poterit) ecclesia semper adeatur.* — Scio tamen plures episcopos etiam ordines sacros solere in privato sacello conser-ferre: forte hodie sic usus habet^{a)}.

Adde, nomine *loci* etiam requiri existentiam episcopi in propria dioecesi; nam si ipse conferret ordines in dioecesi aliena, incurreret suspensionem ab exercitio pontificalium, et ordinatus ab exercitio ordinis suscepti: ex Tridentino⁸. — Hoc tamen recte dicunt Salmant.⁹ cum Bonacina¹⁰, Philiberto, Villalobos¹¹, Henriquez, etc., non intelligi de collatione primae tonsurae¹², cum haec sine pontificalibus conferatur. — Si autem episcopus roga-

Locus or-
dinacionis.

Ordines
conferendi
in propria
dioecesi, vei
ex licentia
episcopi lo-
ci.

diei 20 April. 1782, § *Caeterum*. Cfr. etiam Pallottini, v. *Sacramentum Ordinis*, § 5, n. 13. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Sess. 6, de reform., cap. 5. — ¹⁵ Tr. 8, cap. 4, num. 75. — ¹⁶ Phil. Marchin., tr. 1, part. 5, cap. 10, num. 9. — ¹⁷ Henrig., lib. 3, cap. 6, n. 6.

etiam potest haberi ordinatio generalis extra cathedralem urgente aliqua necessitate, uti eadem S. C. C. declaravit, ap. Pallottini, loc. cit., n. 22 et 23.

¹⁸ Bonacina, de *Sacram.*, disp. 3, punct. 2, n. 12, id ex Henriquez refert, quem non reprobat; imo consentire videtur eo quod rationes hujus sententiae affert. — Villalobos, part. 1, tr. 18, diff. 9, videtur id insinuare, dum dicit n. 1, pontificalia ea esse quae pertinent ad ordinem episcopalem, uti ordines conferre, etc., et addens n. 4, primam tonsuram ordinem non esse. Hinc episcopus conferens tonsuram non videtur incidere in censuram latam contra pontificalia exercentes in aliena dioecesi.

¹⁹ Privatim scilicet, uti dicunt auctores citati. — Cfr. de hoc Benedicti XIV epistolam *Ad audientiam*, ad cardinalem Urbis vicarium, die 15 Februar. 1753, n. 8 et 22.

tus ab alio, in ejus dioecesi generalem ordinationem habeat, poterit ordinare non solum subditos suos, sed etiam aliarum dioecesum (ut Salmant.¹ cum iisdem auctoribus et communi). Quia Tridentinum² hoc prohibuit casu tantum quo aliquis episcopus, praetextu cuiusdam privilegii, vellet in alterius dioecesi ordinare sine illius licentia.

An autem ordinatio debeat fieri ab episcopo celebrante? — Vide dicta n. 744, Not. 2o.

799. — REQUIRITUR XI^o. Aetas. — In quo, Notandum 1^o. Quod pro prima tonsura requiritur ut initiandus polleat usu rationis, et ideo saltem sit septennis, ut dicit Benedictus XIV in bulla *Eo quamvis tempore*³ anni 1745. Sed in concordato nostri regni requiritur aetas saltem decem annorum⁴. Pro ordinibus minoribus nulla in jure assignatur aetas; solent tamen conferri (ut ait idem Benedictus XIV⁴) ab anno septimo ad decimum quartum.

Pro subdiaconatu vero statuitur annus vigesimus secundus; pro diaconatu, vigesimus tertius; pro sacerdotio, vigesimus quintus. Ita in Tridentino.⁵ — Sufficit autem ut annus praescriptus sit inceptus: ita communiter omnes. Vide Salmant.⁶. Idque colligitur ex ipso concilio⁷.

Praeterea, pro episcopatu requiritur annus trigesimus. — Et idem dicitur pro cardinalatu; quamvis ex concessione Sixti V, cardinales diaconi possint esse aetatis suae anno vigesimo secundo. Vide Salmant.⁸

¹ Tr. 8, cap. 4, n. 76. — ² Sess. 6, de reform., cap. 5. — ³ Bulla *Eo quamvis tempore*, de die 5 Maij 1745, § 19. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Sess. 23, de reform., cap. 12. — ⁶ Tr. 8, cap. 5, n. 30. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Sixtus V, bulla *Postquam verus*, diei 3 Decembr. 1585, § 6, in Bullar. Rom. Mainardi. — ⁹ Loc. cit. cap. 5, n. 30. — ¹⁰ Sess. 24, de reform., cap. 6. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Tr. 8, cap. 5, n. 38. — ¹³ Pius II, bulla *Cum ex sacrorum*, de die 17 Novembr. 1461, in Bullar. Rom. Mainardi. — ¹⁴ Alleg. 17, num. 11. — ¹⁵ Pius V, bulla *Romanus Pontifex*, de die 14 Octobr. 1568, in cit. Bullar. Rom. — ¹⁶ Sixtus V, bulla *Sanctum et salutare*, ibid. — ¹⁷ Clem. VIII, bulla *Roma-*

Pro beneficiariis autem requiritur annus decimus quartus, ex Tridentino.⁹ Sed si beneficium sit curatum, requiritur annus vigesimus quintus, saltem inceptus. Tridentinum¹⁰. — Pro canonicatu in cathedralibus requiritur annus vigesimus secundus inceptus. Tridentinum¹¹. — In collegiatis vero sufficit annus decimus quartus; cum in jure nihil pro eo sit statutum. Salmant.¹²

Notandum 2^o. Quod is qui sine legitima aetate scienter ordinatur, incurrit suspensionem perpetuam ipso facto ab exercitio ordinis suscepti, et Papae reservatam¹³; ut habetur in extravaganti Pii II quae incipit *Cum ex sacrorum* (et referunt in extensum a Barbosa¹⁴). Eam autem S. Pius V et Sixtus V auxerunt, et Clemens VIII confirmavit (ut fert Escobar¹⁴). — Si vero predicta suspensio occulte sit contracta, tunc poterit episcopus delinquenter ab ea absolvere, ex concessione Tridentini¹⁵; ut dicunt communiter Bonacina¹⁶ et Salmant.¹⁷ cum communi.

Sed hic dubitatur 1^o. *An incurrat praefatam suspensionem qui ex ignorantia crassa (non tamen affectata) ordinatur ante legitimam aetatem?*

Affirmant Laymann¹⁸ et Bonacina¹⁹. — Sed communius et probabilius negant Navarrus²⁰, Suarez²¹, Toletus²², Barbosa²³; Escobar²⁴ cum Coninck, Praeposito, Rodriguez²⁵ et Avila; ac Salmant.²⁶ cum Trullench, Aversa, Diana, Villalobos, etc. Ratio, quia talis suspensio imposita est a Pio II in temerarios (dum utitur verbo

num *Pontificem*, ibid. — ¹⁴ Lib. 28, n. 265. — ¹⁵ Sess. 24, de reform., cap. 6. — ¹⁶ De Censur., disp. 3, punct. 5, § 1, n. 2. — ¹⁷ Loc. cit. num. 39. — ¹⁸ Lib. 5, tr. 9, cap. 10, num. 2. — ¹⁹ Loc. cit., n. 2. — ²⁰ De Censur., disp. 31, sect. 1, susp. 5. — ²¹ Alleg. 16, num. 19. — ²² Lib. 23, num. 270 et 271. — ²³ Coninck, disp. 15, dub. 5, num. 36. — ²⁴ Praepos., dub. 17, n. 167 et 168. — ²⁵ Avila, part. 3, disp. 5, dub. 7, § *Pro intelligentia v. Supponendum est 40.* — ²⁶ Tr. 8, cap. 5, n. 39. — ²⁷ Lib. 6, dub. 10, n. 7. — ²⁸ Aversa, qu. 3, sect. 8, v. *Si quis auem.* — ²⁹ Diana, part. 3, tr. 4, resol. 192; et part. 5, tr. 10, resol. 32. — ³⁰ Villal., part. 1, tr. 11, diff. 11, num. 6.

Aetas requisita pro tonsura et ordinibus minoribus.

Pro majoribus.

Pro episcopatu et cardinalatu.

Pro beneficiariis et canoniciis.

eum « qui bona fide et simplicitate existimans se legitimum, ordinatus est ».

^{a)} Toletus, lib. 1, cap. 48, n. 4, tenet opusum scribens: « Si crassa ignorantia facti aut ignorantia juris fuit, suspensionem incurrint, etiamsi Extravagantem ignoraverint, quia jus commune prohibens ante legitimam

Poena contra ordinatos ante legitimam aetatem.

temeritatem): quales non sunt qui peccant ex sola ignorantia supina, ut dicemus *Lib. VII, de Censuris*, n. 47 et 48. — Hinc dicunt praefati auctores quod taliter ordinatus, completa aetate bene potest ordinem susceptum exercere. Si vero ante illam exerceret, peccaret; sed non incurret irregularitatem.

Dubitatur 2^o. *An qui mala fide suscepit ordinem ante aetatem, possit exercere ordinem postquam aetatem compleverit, sine absoluzione a suspensione incursa?*

Affirmant Sotus, Corduba²⁷ et Medina²⁸, apud Escobar. — Sed verius id negant Barbosa¹ cum Miranda; et Escobar² cum Bonacina, Henriquez, Marchino, Rodriguez et Diana. Ratio, quia censura jam contracta non tollitur nisi per absolutionem.

Dubitatur 3^o. *An incurrat irregularitatem, qui ante legitimam aetatem suscipit sacerdotium?*

Prima sententia affirmit: quam tenent Bonacina⁸; et Barbosa⁴ cum Covarruvias¹⁹, Navarro, Salzedo et Sorbo. — Ratio, quia hic, concelebrando cum episcopo ordinante, vere hostiam consecrat (ut docet D. Thomas⁵); et ideo jam exercet ordinem cum suspensione susceptum.

Secunda vero sententia, communior et valde probabilis, negat. Et hanc tenent Suarez⁶, Coninck⁷, Diana⁸, Escobar⁹ cum

²⁷ Disp. 15, n. 36. — ²⁸ Part. 5, tr. 10, resol. 37. — ²⁹ Lib. 23, n. 275. — ³⁰ Alleg. 16, n. 15. — ³¹ *Miranda*, Man., tom. 1, qu. 99, art. 10. — ³² Loc. cit., n. 276 et 277. — ³³ *Bonac.*, de Ordin. sacr., punct. 5, n. 18. — ³⁴ *Henriq.*, lib. 18, cap. 38, n. 1, lit. f. — ³⁵ *Marchin.*, tr. 1, part. 5, cap. 8, n. 12. — ³⁶ *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 164, n. 3 (al. n. 2). — ³⁷ *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 182. — ³⁸ *De Ordin. Sacr.*, punct. 5, n. 13. — ³⁹ Alleg. 16, n. 16. — ⁴⁰ *Nav.*, lib. 5, consil. 8 de clericis excom. — ⁴¹ *Salzedo*, in *Fract. crim. Diaz*, cap. 26, not. E, v. *Sed verius.* — ⁴² *Sorbo*, *Privil. Mendicant.*, v. *Ordines sacri*, § *Item notandum secundo.* — ⁴³ *P. qu. 82, art. 2.* — ⁴⁴ *De Censur.*, disp. 31, sect. 1, num. 71, v. *Nihilominus*, et n. 74. — ⁴⁵ *Unde etiam.* — ⁴⁶ Loc. cit. — ⁴⁷ Part. 5, tr. 10, resol. 37.

aetatem promoveri aut sciverunt aut ignorare non debuerunt: ideo praesumere dicuntur. — Et idem videtur tenere Rodriguez, *Sum.*, part. 1, cap. 164, n. 3 (al. n. 2), negans incurrire suspensionem illum « qui bona fide et probabili ignorantia suae aetatis ordinatus fuit ».

²⁷ Corduba, *Sum.*, qu. 144, requirit absolutionem; sicut pariter Barthol. Medina, *Sum.*, lib. 1, cap. 11, § 8, quamvis ab Escobar cidentur ut testatur S. Alphonsus.

Silvestro¹, Medina, Ugolino, Quaranta Naldo, Homobono, Marchino; item Sayrus, Avila, Henriquez, etc., apud Barbosa¹⁰. — Ratio 1^a. Quia consecratio illa non censetur actus moraliter distinctus ab ipsa ordinatione: sicut enim tota ordinatio episcopi a principio usque ad finem est unus actus moralis, ita et ordinati. Unde non videtur aequum quod ipse una actione morali duplum incurrat poenam, nempe suspensionem et irregularitatem. — Ratio 2^a. Quia in citata extravaganti Pii II (apud Barbosa¹¹) sic dicitur: *A suorum ordinum executione ipso jure suspensi sint; et si, hujusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare praesumpserint, eo ipso irregularitatem incurront*. Quo verbo durante, videtur Pontifex supponere irregularitatem incurritum solum cum incursio suspensionis jam moraliter tempore praecesserit ordinis exercitium. Item, cum Pontifex imponat irregularitatem in praesumentes, minime videtur comprehendere hunc, qui non ex propria electione, sed ex necessitate ordinationis debet cum episcopo concelebrare. — Referuntque Suarez¹² et Escobar¹³ hujusmodi ordinatos ex stylo cancellariae non reputari irregulares; cum ipsis tantum a suspensione absolvantur. Et idem dicunt Suarez¹⁴ ac Escobar¹⁵ et Diana¹⁶ cum aliis, de diacono vel subdiacono, qui cum tali suspensione in eadem

¹ *Covarruvias*, in cap. *Alma mater*, part. 2, § 3, n. 5, v. *No*, loquitur de casu simili, videlicet de eo qui ordines minores recipit tempore interdicti; quem dicit irregulariter fieri si in ipsam ordinatione actum egerit, alicui ex minoribus ordinibus speciali quadam forma competentem. — Itemque in opinione

contraria, Silvester, v. *Irregularitas*, qu. 13, v. *Secundum*; tractans enim de casu quo episcopus tulerit excommunicationem contra celebrantem in aliqua capella, scribit: « Cele-

ordinatione canit evangelium aut epistolam. — Et idem dicendum de eo qui suspensionem incurrit cum ordinatur per saltum vel extra tempora, vel sine dimissoriis proprii episcopi, vel eadem die suscipit duos ordines sacros aut ordines minores cum subdiaconatu; *juxta supra dicta*^{g)}.

Utrum autem *incurrat irregularitatem qui tantum ordinatur cum excommunicatione prius contracta?*

Affirmat Bonacina^{h)} cum Navarro, Toleto, Henriquez, Sayroⁱ⁾, etc.; ex cap. *Cum illorum, de sent. excom.*^{j)}, et cap. *Veniens, de eo qui furtive ordin. suscepit.*

Sed probabilius negant Suarez¹; et Benedictus XIV² cum Tamburinio, Diana, Lezana, Gibalino, etc.; et ita refert sensisse S. Congregationem. — Ratio, quia ex praefatis textibus non expresse colligitur quod talis sit irregularis; sed tantum quod sit suspensus: pro cujus tamen suspensionis absolutione etiam ad Papam debet recurri, ut advertit [Contin.] Tournely³ cum Gibert (intellige, si suspensio sit pubblica; nam alias potest absolvere ab episcopo juxta cap. *Liceat*⁴). — Tanto magis non incurret irregularitatem qui suspensus vel interdictus suscipit sacram ordinem: et in hoc consentit etiam Bonacina⁵ cum Sayro, Filiuccio et aliis.

Navar., Man., cap. 27, n. 241. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 71, n. 1. — *Henrig.*, lib. 14, cap. 6, n. 4. — ¹ *De Censur.*, disp. 42, sect. 3, post princ.; cfr. disp. 31, sect. 1, n. 57 et seqq. — ² *De Synodo*, lib. 12, cap. 8, n. 6 et 7. — *Tambur.*, lib. 10, de *Censur.*, tr. 4, cap. 14, § 1, n. 8. — *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 92. (*Coord.*, tom. 5, tr. 5, resol. 17). Cfr. part. 4, tr. 2, resol. 55, nota 2; et part. 9, tr. 7, resol. 28. — *Lezana*, Sum., v. *Irregularitas*, n. 47. — *Gibalini*, de *Irregul.*, cap. 5, qu. 2, prop. 2, consept. 2. — ³ *De Irregul.*, part. 8, cap. 8, concl. 5, v. *Verum*. — *Gibert*, *Usages de l'Eglise gallicane concernant les censures et l'irrégul.*, de *l'Irrég. ex delicto*, tit. 4, § 1, règle 1. — ⁴ *Sess.*, 24, de reform., cap. 6. — ⁵ *Disp.*, 7,

Hoc tamen intelligendum, si taliter ordinatus ordinem non exerceat in ipsa ordinatione. Nam, si v. gr. aliquis diaconus vel subdiaconus accedit ad ordinationem jam antecedente aliqua irretitus censura, et in ordinatione susceptum ordinem exerceat canendo evangelium vel epistolam, irregularitatem non effugiet; ut recte ait [Contin.] Tournely⁶. Ratio, quia tunc jam exercet ordinem cum censura prius contracta. — Idemque merito, ait [Contin.] Tournely⁷ cum Avila procedere de sacerdote qui concelebrat cum episcopo; contra Sayrum et Laymann⁸.

800. — Notandum 3º. Quod aetas computanda est non a die Baptismi, sed nativitatis; ut constat ex *can. 3 et alii*, *dist. 77*. — Vide Croix⁹.

Dubitatur autem 1º. *An quis mane diei in cuius vespera complet aetatem requisitam possit ordinari?*

Affirmant Diana^{a)}; Salmant.¹⁰ cum Ledesma et Philiberto; ac Escobar¹¹ cum Trullen et Marchino. Tum quia minimum pro nihilo reputatur; tum quia dies inceptus in favorabilibus habetur pro completo; tum etiam quia vespera et mane moraliter sumuntur pro una die. — Sed probabilius id negant Croix¹² cum Navarro et Villalobos; item Machado^{b)}, Pasqualigo

de Irregul., qu. 3, punct. 4, n. 2. — *Sayr.*, de *Censur.*, lib. 7, cap. 10, n. 14. — *Filt.*, tr. 20, cap. 7, n. 192. — ⁶ *Loc. cit.*, concl. 5, v. *Sæ quis*. — ⁷ *Loc. cit.* - *Avila*, part. 7, disp. 9, sect. 2, dub. 6, concl. 4. — *Sayr.*, de *Censur.*, lib. 4, cap. 16, n. 23. — ⁸ *Lib.* 1, tr. 5, part. 5, cap. 8, n. 5. — ⁹ *Lib.* 6, part. 2, n. 2806. — ¹⁰ *Tr.* 8, cap. 5, n. 31. — *Petr. Ledesm.*, *Sum.* de *Ordin.*, cap. 7, concl. 1, dub. 1. — *Phil. Marchin.*, tr. 1, part. 5, cap. 2, n. 7. — ¹¹ *Lib.* 28, n. 264. — *Trull.*, lib. 6, dub. 10, n. 4. — *Marchin.*, loc. cit. — ¹² *Loc. cit.*, n. 2809. — *Navar.*, lib. 1, consil. 9, de temp. ordin. — *Villal.*, part. 1, tr. 11, diff. 11, n. 2. — *Pasqual.*, *Quaest. can.*, centur. 2, qu. 122, n. 5.

Nisi in ordinatione exerceat ordinem.

negat esse irregulararem, nisi «ordines sumendo... actum ordinis sacri exerceuerit».

^{j)} Cap. *Cum illorum*, quod quidem hic autores allegant, potius loquitur de suspensione: «Si fuerint saeculares clerici, a susceptis ordinibus censemus in perpetuum deponendos». Si vero claustrales, «ab executione suspecti ordinis et officii decernimus manere suspensos».

800. — ^{a)} *Diana*, part. 9, tr. 9, resol. 50, existimat hoc esse probabile; sed contrarium cum S. Alfonso probabilius esse affirmat.

^{b)} *Machado*, lib. 4, part. 1, tr. 7, docum. 3, n. 4, non satis accurate citatur ab Escobar;

Aetas computanda a die nativitatis.

Quid possint episcopi circa aetatem.

Ordo inferior exercendus ante promotionem ad superiorem; sed non sub gravi.

ut initandus exercetur ordinem prius susceptum in ecclesia

ubi est adscriptus; ex Tridentino⁶.

Sed putant Salmant.⁷ hoc non esse de praecerto gravi, cum verba concilii magis sint consultiva quam praceptiva, nempe

tr. 11, resol. 67. — ⁵ *Lib.* 6, part. 2, n. 2814. — ⁶ *Sess.*, 23, de reform., cap. 11. — ⁷ *Tr.* 8, cap. 4, n. 74. — *Pontific.* Rom., de *Ordinatione presbyteri*. — ⁸ *Lib.* 6, part. 2, num. 2225. — *Gobat*, tract. 8, num. 358. — ⁹ *F.*, qu. 82, art. 2. — ¹⁰ *De Sacr. Ordin.*, part. 3, cap. 1. — ¹¹ *De Ordin.*, cap. 7.

et Narbona, apud Escobar¹. Ratio, quia v. gr. pro subdiaconatu aetas debet esse annus vigesimus secundus inceptus: unde qui annum vigesimum primum non vere complevit, minime potest dici annum vi gesimum secundum attigisse.

Dubitatur 2º. *An dies anni bissextilis possit excludi in supputanda aetate ordinandorum?*

Affirmant Barbosa, Henriquez, Silvester^{c)}, etc., apud Salmant.²; quia annus requisitus intelligitur per se annus ordinarius, nempe constans 365 diebus. — Sed verius negant Bonacina³, Sanchez^{d)}; et Escobar⁴ cum Marchino, Molfesio, Dicastillo et Diana. Ratio, quia ad aetatem requisitam anni sunt computandi juxta consuetudinem Ecclesiae: quae recte statuit de quatuor in quatuor annos addi unum diem, propter horas quae in quolibet anno supersunt.

Certum est autem quod episcopi nullo modo possunt in aetate dispensare. — Verumtamen dicit Croix⁵, hodie, ex speciali privilegio, posse episcopos dispensare ad certum tempus, saltem pro beneficio curato, ubi est necessitas vel utilitas Ecclesiae.

801. — REQUIRITUR XIIº. insuper ad suscipiendos ordines, *ut initandus exercetur ordinem prius susceptum* in ecclesia ubi est adscriptus; ex Tridentino⁶. — Sed putant Salmant.⁷ hoc non esse de praecerto gravi, cum verba concilii magis sint consultiva quam praceptiva, nempe

Narbona, Annus 22, qu. 1, n. 10. — ¹ *Lib.* 23, n. 262. — *Barbosa*, alleg. 16, n. 2. — *Henrig.*, lib. 10, cap. 19, lit. k. — ² *Tr.* 8, cap. 5, n. 32. — ³ *De Ordin.*, punct. 5, n. 14 et 15. — ⁴ *Lib.* 23, num. 285 et 286. — *Marchin.*, tr. 1, part. 5, cap. 4, n. 24. — *Molfes.*, *Sum.*, part. 1, tr. 2, cap. 12, n. 8. — ⁵ *Dicast.*, tr. 6, de *Ordin.*, dub. 22, n. 327. — *Diana*, part. 10,

utramque enim opinionem exponit dumtaxat, et dicit rem esse dubiam.

^{c)} Silvester, quamvis a Salmant. hic citetur, non satisclare loquitur, et generaliter, v. Aetas, qu. 3, adhaeret opinioni quae dicit in odiosis annum intelligi constantem 365 diebus, licet sit bissextilis; secus vero in favorabilibus; quia tum duo dies computantur pro uno.

^{d)} Sanchez, *de Matr.*, lib. 2, disp. 24, n. 22, loquitur de anno novitiatus, ad professionem requisito. Ceterum in generali ex Molina dicit: «Si 25 annus aetatis alicujus compleatur 6 kal. Martii anni bissextilis, censendum esse

compleri in die 2 qui 6 kal. Martii similiter dicitur, nempe 25 die mensis Februarii, in puncto horae respondentis puncto diei nativitatis. Et ratio est, quia utraque dies una censetur, et quia dies est complementum quadriennii praecedentis, cui id deerat ad complementum circuli integri solis per zodiacum; ideo ad complementum illius aetatis ea dies accipienda est».

801. — ^{a)} Croix, loc. cit., id plane innuit, dicendo: «Ad minores non requiritur jejunium, cum saepe conferantur post prandium... cum communis».

illa: *Ac in unoquoque munere juxta praescriptum episcopi se exerceant, etc.*

REQUIRITUR XIIIº, prout praescribit Pontificale, *ut ordinandi Eucharistiam accipiant*: sed hoc non sub mortali, ut ait Croix⁸ cum Gobat. Imo nec sub levi tenentur communicare initiandi ad ordines minores; ut dicit idem Croix⁹ cum communi (ut asserit). — Presbyteri autem verius tenentur communicare sub mortali; cum ipsis vere celebrent cum episcopo, ut diximus ex D. Thoma¹⁰, n. 799, *Dubit.* 3.

REQUIRITUR XIVº. *Probitas vitae*. — Sed de hac jam locuti sumus in *Tract. de Sacram. in gen.*, ex num. 65; et iterum mox loquemur agendo de vocatione ad sacram ministerium.

802. — REQUIRITUR XVº. *Vocatio divina*. — De qua, cum sit res tanti momenti, unde pendet aeterna salus tam ordinandorum quam populi christiani, mirum est quod tot morales scriptores nullum verbum faciant: praeter paucos, inter quos fuse et egregie signanter scripserunt de hoc punto Habert¹¹ et Pater Concina¹².

Quam necessaria sit hujusmodi vocatio patet ex SS. Patribus; et ex ipsis sacris Scripturis, et praesertim ex illo D. Pauli ad Hebr. v, 4, ubi: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Sic et Christus non semet ipsum clarificavit ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu.* Unde Apostoli, ut in locum Judae alium surrogarent, sic Deum deprecati

Eucharistia accipienda in ordinatio ne: qualis praecēpto.

Probitas vitae.

Necessita vocationis

sunt: *Tu, Domine..., ostende quem elegaris.* — Et ipse Christus (Joan. x, 1) dixit: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium..., fur est et latro.* Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium: qualis est qui dem quivis sacerdos; dum cuivis sacerdoti committitur incumbere saluti animarum. Et rursus (Joan. xv): *Non vos me elegistis: sed ego elegi vos..., ut... fructum afferatis, et fructus vester maneatur.* Rursus (Luc. x): *Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* — Illi igitur qui, non vocati a Deo, in sacra ministeria se intrudunt, ipsi sunt de quibus per Jeremiam (xxiii, 21) inquit: *Non mittebam prophetas, et ipsi currebant.* Quo quidem hominum genere, ut ait Catechismus, nihil infelicius ac miserius, nihil Ecclesiae calamitosius esse potest.

Praecipua autem signa divinae vocationis ad statum ecclesiasticum sunt:

1^o. *Scientia conveniens;* de qua jam egimus n. 790.

2^o. *Probitas vitae,* de qua loquens Tridentinum¹ sic ait: *Sciant... episcopi... debere ad hos ordines assumi... dignos dumtaxat, et quorum probata vita senectus sit;* juxta illud Sap. iv, 9: *Aetas senectutis vita immaculata.* — Hinc Apostolus, I. Tim. iii, prohibet ordinari neophytes², id est (ut explicat D. Thomas) *qui non solum aetate neophyti, sed et qui neophyti sunt perfectione.* Quapropter idem S. Doctor³ dicit: *Ordines sacri praexigunt sanctitatem.* Et⁴ ait: *Ad idoneam exsecutionem ordinum non sufficit bonitas qualitcumque, sed requiritur bonitas excellens.* Hanc rationem de hoc assignans: *Ut sicut illi qui ordinem suscipiunt, super plebem constituantur gradu ordinis, ita et superiores sint merito sanctitatis.* Unde sic concludit: *Et ideo praexigitur gratia, quae sufficiat ad hoc quod digne connumerentur in plebe Christi.* — Idque prius

Act. Apost., I, 24. — *Catech. Rom.*, de Sacr. Ordin., n. 3. — ¹ Sess. 23, de reform., cap. 12. — *D. Thom.*, in epist. I Tim., III, lect. 2. — ² 2^o 2^o, qu. 189, art. 1, ad 3. — ³ Suppl., qu. 35, art. 1, ad 3. — ⁴ *De Eccles. Hierarch.*, cap. 8, § 14; cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 3, col. 445-446. — *D. August.*, epist. 60, class. 2; Migne, Patrol. lat., tom. 33, col. 228. — *D. Hieron.*, epist. 125, n. 17; Migne, Patrol. lat.,

dixit S. Dionysius⁵: *In divino omni non audendum altis ducem fieri, nisi secundum omnem habitum suum factus sit deformissimus et Deo simillimus.* Qui autem habet sanctitatem ordinariam, nempe solam gratiam habitualem, non potest quidem dici *secundum omnem habitum suum Deo simillimus.* — Ad hoc facit etiam illud celebre D. Augustini dictum: *Ali quando... bonus monachus vix bonum clericum facit.* Et illud aliud D. Hieronymi ad Rusticum: *Ita... vive in monasterio, ut clericus esse merearis.* Unde scripsit S. Joan. Chrysostomus⁶: *Multo major vitae integritas huic (id est clericu), quam illis (nempe monachis) necessaria.*

3^o. Signum est *recta intentio*, nimirum desiderium vacandi divinae gloriae et saluti animarum, non autem (ut ait D. Bernardus⁷) *honorem (quaerendi) proprium aut... corporis voluptatem..., quae sua sunt, non quae Iesu Christi.*

803. — Qui autem sine vocatione, extalibus signis explorata, in sacrum ministerium se intrudit, non potest quidem a gravi presumptione excusari. — En modo S. Anselmus⁸ (super illud Apostoli: *Nec quisquam sumit, etc.*) de hoc loquitur: *Qui enim se ingerit et propriam gloriam quaerit..., gratiae Dei rapinam faciens..., ideo non accipit benedictionem, sed maledictionem.* Et ratio hujus eruitur ex eo quod docet D. Thomas⁹, ubi: *Illos, quos Deus ad aliquid elegit, ita praeparat et disponit, ut ad id ad quod eliguntur, inventiantur idonei;* secundum illud II. Cor. iii: *Idoneos nos fecit ministros novi Testamenti.* Ergo ille qui non ex Deo eligitur, sed ipse se ingerit, non erit idoneus minister. — Ideo sapienter ait Habert¹⁰ quod iste *non sine magnis difficultatibus poterit saluti suae consulere; manebitque in corpore Ecclesiae veluti membrum in corpore humano suis sedibus motum,*

tom. 22, col. 1032. — ⁵ *De Sacerdotio*, lib. 6, n. 2; cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 48, col. 679. — ⁶ Id est *Gaufridus*, Declamat. ex S. Bernardi sermonib., cap. 18, num. 15; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 184, col. 446. — ⁷ Id est *Herrenius monachus*, in epist. ad Hebr., cap. 5, v. 4; Migne, Patrol. lat., tom. 181, col. 1564. — ⁸ 3 P., qu. 27, art. 4. — ⁹ *De Ordin.*, part. 8, cap. 1, § 2, v. *Nego majorem.*

ipse S. Thomas, *lect. 1*, sub nomine episcopi veniunt et presbyteri.

quod... servire... potest, sed aegre... et cum... deformitate. Unde concludit: *Licet absolute salvari possit..., difficile tamen ingreditur viam humilitatis et poenitentiae, qua sola ipsi patet ingressus ad vitam.* Cum autem hic magno periculo damnationis se exponat, nescio quomodo a culpa gravi excusetur *qui sciens...* (ait doctissimus episcopus Abelly¹¹) *nulla divinae vocationis habita ratione, sese in sacerdotium intruderet, haud dubie se ipsum in aperiissimum salutis discriminem injiceret, peccando scilicet in Spiritum Sanctum; quod quidem peccatum vix aut rarissime dimitti, ex evangelio discimus.*

Hui quidem discrimini tanto magis se committunt episcopi illi qui non vocatos ad ordines sacros promovent; ex illo Apostoli I. Tim. v: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Quae verba exponens S. Leo¹², dicit: *Quid est communicare peccatis alienis, nisi et talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari.*

— Hinc Tridentinum¹³ praecipit episcopo ut antequam suos subditos ad ordines promoveat, *institutionem, mores, doctrinam... diligenter investiget et examinet.* Undique enim in jure canonico praescribitur, et signanter in can. Nullus, dist. 24, ut *nullus ordinetur... nisi probatus fuerit.* Unde sapienter advertit D. Bernardus, ad ordines admittendos esse tantum *probatos, non probandos.* — Ad hanc autem probationem ab episcopo exquirendam, non quidem sufficit quod ipse nihil mali noverit de ordinando: sed debet fieri certus de

¹ *Sacerdos christianus*, part. 1, cap. 4. — ² Epist. 12, ad episc. Afric., cap. 2; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 54, col. 647. — ³ Sess. 23, de reform., cap. 7. — *S. Bern.*, Serm. in Cantica 46, num. 3; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 183, col. 1004. — ⁴ Tr. 8, cap. 5, n. 41. — *Habert*, de Ordin., part. 3, cap. 3, resp. 2 et 3. — ⁵ Suppl., qu. 36, art. 4, ad 3. — ⁶ 2^o 2^o, qu. 189, art. 1, ad 8. — *Bened. XIV*, encycl. *Ubi primum*, de die 3 Decembr. 1740, § 1. — ⁷ Homil. 16, in epist. I ad Tim., n. 1; cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 62, col. 587.

803. — ^a Sotus, in 4, dist. 25, qu. 1, art. 4, id sane innuit, dicens requiri morum honestatem et virtutum claritatem. « Quapropter (addit) ad aliorum sacramentorum susceptiōnem nullum praerequiritur examen vitae, sicuti ad ordinum suspicionem ». — Itemque Sanchez; imo et magis diserte, nam *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 46, n. 1 et 3, negat satis esse ut episcopus nihil mali sciat de ordinando; et si clericus sit ignotus, affirmit examen de eo esse faciendum.

^b Holzmann, *de Ordin.*, n. 96; et Concinna,

S. ALPHONSI, *Opera moratia*. — Tom. III.

ejus positiva probitate, juxta sublimitatem gradus ad quem ille inhiat ascendere; ut communiter dicunt Sotus^a, Sanchez^a, Salmant.⁴, Holzmann^b; et fusius Habert, Merbesius^c, Concinna^b et alii, cum Divo Thoma⁵, ubi dicit: *Ad minus (id est non solum, ut bene explicat^d) Glossa) hoc requiritur, quod nesciat ordinans aliquid contrarium sanctitati in ordinando esse; sed etiam exigitur amplius, ut, secundum mensuram ordinis vel officii injungendi, diligentior cura apponatur: ut habeatur certitudo de qualitate promovendorum, saltem ex testimonio aliorum.* Qualitas autem promovendorum est illa quam expressit idem S. Doctor^e, ubi dixit: *Ordines sacri praexigunt sanctitatem... unde pondus ordinum imponendum est parietibus jam per sanctitatem desiccatis (nempe, ut addit) ab humore vitiorum.*

— Et noster Summus Pontifex Benedictus XIV, in bulla *Ubi primum* sapientissime sic episcopos alloquitur: *Studiose magna que adhibita diligentia investigandum a vobis est, an eorum qui priora suscepint ministeria, talis fuerit vivendi ratio et in sacris scientiis progressio, ut vere judicandi sint quibus dicatur: Ascendere superius. Cum aliquin expeditat in inferiori potius aliquos remanere gradu, quam cum suo majori periculo et aliorum scandalo ad altorem provehi.*

De tali etiam probatione loquens S. Joan. Chrysostomus^f, dicit: *Quid est illud cito? Non ex prima probatione, nec secunda, nec tertia; sed ubi consideratio diuturna praecessit exactissimaque di-*

part. 3, cap. 3, resp. 2 et 3. — ⁵ Suppl., qu. 36, art. 4, ad 3. — ⁶ 2^o 2^o, qu. 189, art. 1, ad 8. — *Bened. XIV*, encycl. *Ubi primum*, de die 3 Decembr. 1740, § 1. — ⁷ Homil. 16, in epist. I ad Tim., n. 1; cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 62, col. 587.

de Ordin., cap. 10, n. 8 et seqq., requirunt ut ordinandus effulgeat speciali vitae bonitate; sed non loquuntur de examine ab episcopo faciendo.

^c Merbesius, *de Sac. Ordin.*, qu. 88, loquitur tantum de bona vita requisita.

^d Verbum « non solum » apud Glossatorem, scil. Capponi a Porrecta, *in cit. loc.*, non est explicatio sed additio: « Videtur ergo legendum (ita ille) in littera sic: Ad tertium dicendum quod non solum ad minus hoc requiritur, etc. »

scussio, (tunc imponito manus); neque ea res periculo caret. Eorum quae ille peccaverit, tu quoque poenam dabis, qui initium dedisti; etiam praecedentium delictorum.

Qua de re episcopi in hac probatione expetenda non debent esse contenti simplici attestatione parochorum: qui humanis ducti respectibus, in hujusmodi attestationibus concedendis facile clericis indulgent, ne in se attrahant ipsorum odium eorumque propinquorum. Sed insuper ab aliis fide dignis, capta secreta informatione, certi fieri debent, non solum quod initiandus non fuerit malus (nempe quod non fuerit rixosus, non dederit scandalum, frequentando ludos, pravas conversationes, etc.); sed etiam quod ille sit *positive bonus*, scilicet quod vitam agat spiritualem, sit assiduus in ecclesiis, sacramenta frequentet et orationem, vivat a saecularibus segregatus, sociis morigeratis comitetur, studio vacet, modesta utatur veste, etc. — Quod si praelatus sciverit clericum alicujus publici scandali nota intinctum fuisse, tunc non satis erit communem probationem de eo exigere; sed opus erit plurium annorum experientia emendationem ejus comprobare: juste enim tunc metuere debet ne ille pietatem affectet ut ad ordines perveniat, quibus susceptis, ad pristinam redibit pravitatem. — Dicit aliquis: Si hoc observaretur, deficerent utique in Ecclesia ministri. Recte respondebat ad hoc idem Benedictus XIV in bulla supra citata, ex concilio Lateranensi: *Melius... est pauciores habere ministros, sed probos... atque utiles, quam plures qui... nequidquam sint valituri.*

Utrum autem sit semper deneganda a confessario absolutio clericu habituato in vitio turpi occulto, qui vult ad ordines sacros ascendere sine praevio continentiae experimento? — Vide Dissertationem de hoc punto, positam in Tract. de Sacram., ex n. 63.

Bened. XIV, encycl. *Ubi primum*, § 1. — *Conc. Lateranen. IV*, cap. 27 (non citat. a Bened. XIV); celebratum est anno 1215; apud Labbe, tom. 18, col. 963. — ¹ 2^a 2^a, qu. 185, artic. 1. — *Bened. XIV*, bulla *Inclytum*, diei

804. — Si autem vocatio divina necessaria est ad sacerdotium, magis erit necessaria ad officia *episcoporum et parochorum*; de quibus loquens D. Thomas¹, dicit: *Appetere... episcopatum ratione... circumstantium bonorum... est illicitum...; ad celsitudinem gradus appetere episcopatum est praesumptuosum...; sed appetere proximis prodesse est secundum se laudabile... Verum, quia, prout est episcopal actus, habet annexam gradus celsitudinem, praesumptuosum videtur quod aliquis praeesse appetat ad hoc quod subditis prosit, nisi manifesta necessitate imminentia.* — Id confirmavit nostér Summus Pontifex Benedictus XIV in bulla novissime edita die 12 April. 1753, quae incipit *Inclytum*, inquiens: *Neque unusquisque ignorare debet, a peccati culpa immune non esse desiderium ipsum episcopatus...; quia, quamvis desiderium aliis juvandi... laudabile est..., tamen, cum hoc adjumentum praestari non valeat sine ipsa episcopatus sublimitate, ut plurimum ex virtute insitae... praesumptionis ortum habet.*

805. — Quaeres: *quaes sint officia ordinandorum?*

« Resp. 1º. *Ostiarii* est claves templi servare, aperire et claudere ejus januas; « arcere eos quibus non licet interesse « sacris; campanas pulsare; quae intra ecclesiam sunt custodiendi; ei qui praedicit aperire librum.

« 2º. *Lectoris* munus est legere in ecclesia lectiones veteris et novi Testamenti; item docere catechumenos rudimenta fidei christiana. — [Item, panem et novos fructus benedicere. Salmant.². — Non autem praedicare, ut communiter Salmant.³, contra Vasquez].

« 3º. *Exorcistae* munus est manus impone supra vexatos a spiritibus immundis, ad illos adjurando et ejiciendo; item ad exorcizando catechumenos. — [Tenent Suarez et Sanchez, contra Philibertum, omnes fideles posse exorcizare⁴];

12 April. 1753, § 6. — ² Tr. 8, cap. 8, n. 14. — ³ Loc. cit. — Vasq., disp. 286, cap. 2, n. 20. — *Suar.*, de Relig., tr. 5, lib. 4, cap. 2, n. 10 et 11. — *Sanch.*, Decal., lib. 2, cap. 42, n. 18. — *Philib.* *Marchin.*, tr. 2, part. 4, cap. 4, a n. 2.

Qualis bona-
ditas in or-
dinando re-
quiratur.

Sanchez et Suarez dicunt adjurationem solemnem et publicam solis ministris ad exor-

Vocatio
divina, ma-
gis necessa-
ria pro epi-
scopis et pa-
rochis.

Officia or-
dinandorum.

quamvis hoc magis possint ordinati ad hujusmodi munus ab Ecclesia: et ideo hi solum solemniter illud exercere valent. Vide dicta *Lib. III*, n. 193. Append. de *Adjurat.*, ad IV.

« 4º. *Acolythi* munus est praeparare amicas pullas vini et aquae ad sacrificium Missae et porrigitur subdiacono; ferre certos ad idem sacrificium et illi ministrare: unde et *ceroferarius* dicitur.

« 5º. *Subdiaconi* munus est immediate subordinari diacono ad sacrificium Missae, calicem et patenam illi tradere, urceolum cum aqua praebere, aquam ad lavandas manus infundere, epistolam ex officio et solemniter in Missa legere. — [Additum cum Habert, pallas, corporalia et purificatoria ablueret; ut in Pontificali praescribitur].

« 6º. *Diaconi* munus est cantare solemniter evangelium in Missa; ministrare immediate sacerdoti in omnibus quae pertinent ad Missae sacrificium; vestire altaria, crucem ferre; et denique, ex commissione sacerdotis, praedicare et baptizare.

Modo adsit justa causa, nempe, si desit sacerdos qui commode ministret; ut com-

muniter dicunt doctores allati de *Euch.*, n. 237, v. *Qu. 1.* — In necessitate vero extrema, nempe si absit alius sacerdos, potest diaconus et tenetur viaticum ministrare, etiam sine commissione pastoris: ita pariter communiter doctores (*Ibidem*, v. *Omnes*). Et idem currit in administratione Baptismi: vide *de Bapt.*, num. 116, v. *Certum*. — Diaconus autem solemniter ministrans Baptismum vel Eucharistiam sine commissione incurrit irregularitatem. Vide dicto num. 116, v. *Dubit.* 2, et n. 234.

« 7º. *Presbyteri* munus est offerre sacrificium Missae, absolvere a peccatis, baptizare, benedictiones aquae et similares facere, populum doctrina et exemplo pascere. — Vide Escobar¹.

Quatuor autem sunt obligationes praecipuae eorum qui ad majores ordines provehuntur, nempe: 1º. Recitandi *horas canonicas*. 2º. Servandi *caelibatum*. 3º. Habendi *titulum*, scilicet paupertatis, beneficii vel patrimonii, quo ordinentur. 4º. Deferendi *habitum et tonsuram*. — De prima obligatione Officii divini jam fuse egimus in *Lib. IV*, ex n. 140. Restat hic agere de secunda, tercua et quarta.

Obliga-
tiones specia-
les ordinum
majorum.

§ I.

De Obligatione Caelibatus.

806. *Quomodo haec obligatio probetur.* — 807. *Qu. 1. An ipsa sit de jure divino.* — 808. *Qu. 2. An sit ex pracepto Ecclesiae vel ex voto.* — 809. *Dub. 1. An ignorans tale votum teneatur ad castitatem.* *Dub. 2. An, qui expresse nollet castitatem vovere.* — 810. *Quid, si quis ordinatus sit ante usum rationis. Et quid, si ante pubertatem.* — 811. *Quid, si ordinetur ob metum.* — 812. *Qu. 3. Quomodo conjugatus, constante matrimonio, possit in sacris ordinari.* — *Dub. 1. An istius uxor teneatur religionem profiteri.* — *Dub. 2. An talis uxor possit nubere.*

806. — Obligationem caelibatus inesse iis qui ad sacros ordines ascendunt, habetur in pluribus canonibus et signanter in can. 1, dist. 28, ubi D. Gregorius sic

¹ Tr. 7, exam. 8, cap. 1, n. 5.

cistarum ordinem promotis competere: privatam vero posse ab aliis adhiberi, sed si modus obsessionis est visibilis, pertinet adjuratio ad miraculorum potestatem; et ideo non potest tentari absque speciali Spiritus Sancti instinctu; si vero sit privatus et occultus vel invisibilis, competit cuicunque, sicut quando quis a daemone tentatur, potest ipsum adjurare *in nomine Domini* ut recedat. — Neque

praescripsit: *Nullum facere subdiaconum praesumant episcopi, nisi qui se caste victurum promiserit; quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cu-*

aliud sibi vult Marchinus, quidquid ipse dicat; scribit enim n. 2: « Nunc non licere laicis vel aliis clericis non exorcistis, publice in ecclesiis aut privatim in domibus, daemones exorcismis e corporibus pellere ». Et n. 4, addit: « Aliud est crucis signo... quem tentatione aliqua vexatum pellere daemonem invisibiliter: aliud est eumdem visibiliter humanum corpus obsidentem exterioribus exorcismis arcere ».

jus castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Et in Tridentino¹ sic definitum est: Si quis dixerit, clericos in sacris ordinibus constitutos vel regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica vel voto..., anathema sit.

Effectus quadam matrimonium.
Ex quo habetur quod per tale votum, solemne dictum, irritum redditur matrimonium contractum post votum ex cap. un., de voto et voti redempt., in 6o. Si vero conjugium est antecedenter contractum, ordinatus potest reddere, sed non petere. Et insuper quoties castitatem violabit, toties quoque sacrilegium committebit. — Vide Salmant.².

807. — Quaeritur 1o. *An haec obligatio caelibatus sit de jure divino, ita ut Papa nequeat in ea dispensare?*

Affirmant Major, Waldensis, etc., apud Salmant.³; et probabile putat Azor⁴. — Sed dicendum cum communi doctorum, (praeviso voto) non esse de jure divino, sed tantum ecclesiastico, quod ministri ordinati in sacris obligentur ad castitatem vel ab Ecclesia vel per votum ordinibus annexum; et ideo recte in hac obligatione potest Ecclesia cum eis dispensare. Ita S. Thomas⁵, Cajetanus, Sotus, Sanchez, Dicastillus, etc. cum Salmant.⁶, qui plura hujusmodi exempla adducunt. Ratio, quia, etsi talis caelibatus ab Apostolis ortum habuit (ut probant Gonet, Valentia, Sotus, etc.), tamen tantum ex pracepto Ecclesiae, sive Apostolorum (ut probat Bellarminus) est introductus et firmatus; et patet ex ipsis verbis Tridentini⁶.

808. — Quaeritur 2o. *An haec obligatio sit immediate ex pracepto Ecclesiae, vel*

¹ Sess. 24, de Matr., can. 9. — ² Tr. 8, cap. 6, n. 2. — ³ Tr. 8, cap. 6, n. 24. — ⁴ Waldens., de Sacram., cap. 128, n. 5; et cap. 129, n. 1 et 5. — ⁵ Loc. cit., n. 9. — ⁶ 2a 2ae, qu. 88, art. 11. — ⁷ Cajetan., Opusc. tom. 1, tract. 27. — ⁸ Sotus, in 4, dist. 38, qu. 1, art. 1, v. Dubium. — ⁹ Sanch., de Matr., lib. 7, disp. 27, n. 5. — ¹⁰ Dicast., tr. 6, de Ordin., dub. 24, num. 361. — ¹¹ Tr. 8, cap. 6, num. 11. — ¹² Gonet, Clyp., disp. 3, art. 3, § 3, n. 58 et seqq. — ¹³ Valent., disp. 9, qu. 5, punct. 5, § 2. — ¹⁴ Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 6, art. 2, concl. 3 et 4. — ¹⁵ Bellarm., de Clericis, lib. 1, cap. 18

mediate per votum ordinatorum. — Utique est probabile, ex eodem Tridentino⁷.

Prima sententia, quam tenent Mastrius⁸, Bosco, Herincx, etc., apud Holzmann⁹; ac Scotus, Paludanus, Valentia et Aversa, apud Salmant.⁹ (qui cum Sanchez merito probabilem putant), dicit quod non ex voto, sed ex sola Ecclesiae lege, ordinati in sacris teneantur ad castitatem. — Tum quia, cum potuisse Ecclesia perse adstringere ministros sacros ad castitatem servandam, cur dici debet quod insuper votum sacris ordinibus annexi voluerit, dum hoc expressum in jure non habemus? Tum quia, si obligatio caelibatus esset ex voto, sequeretur quod qui tale votum invincibiliter ignoraret, vel qui expresse nollet illud emittere, non teneretur inde ad castitatem: quod quidem absurdum et perniciosum esset.

Nec obstat dicere quod juxta sententiam hanc, si sacerdos peccaret contra castitatem, unum tantum peccatum committeret contra castitatem; quia lex Ecclesiae, cum sit circa eamdem materiam jure naturali prohibitam, non multiplicat speciem peccati (prout furtum, vetitum a lege naturali, non habet novam malitiam si prohibeatur a lege humana): et hoc esset contra communem doctorum, qui docent ordinatos in sacris laedentes castitatem, etiam peccato sacrilegii peccare. — Nam recte respondent Aversa et Salmant.¹⁰, quod praeceptum humanum bene multiplicat species, quando ex diverso motivo praecpte naturali superadditur. Percussio enim clerici duplum habet malitiam: unam contra justitiam, ex lege naturali; alteram contra religionem, ex lege Ecclesiae, quae ex motivo religionis prohibet laedere personam Deo mancipa-

Probabiliter, immediate ex sola lege ecclesiastica.

Difficultati satisfit.

et 19. — ⁶ Sess. 24, de Matr., can. 9. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Bosco, de Ordin., disp. 10, sect. 5, n. 121 et seqq. — ⁹ Herincx, de Ordin., disp. 10, n. 102. — ¹⁰ De Ordine, n. 108, v. Sexta tandem. — ¹¹ Scot., in 4, dist. 37, v. Dico igitur. — ¹² Palud., in 4, dist. 37, qu. 1, art. 2, concl. 3, (n. 14); et dist. 38, qu. 2, divis. 7, v. f. (n. 12). — ¹³ Valent., disp. 9, quæst. 5, punct. 5, § 1, sent. 3, v. Sed his. — ¹⁴ Aversa, qu. 4, sect. 7, v. Praferendus tamen. — ¹⁵ Loc. cit., num. 18 et seqq. — ¹⁶ Sanchez, de Matr., lib. 7, disp. 27, n. 9, i. f. — ¹⁷ Aversa, loc. cit., v. Ad rationem deinde. — ¹⁸ Loc. cit., n. 28.

807. — ^a Azor, part. 1, lib. 13, cap. 12, qu. 1, v. Quamquam, ait sententiam hanc probabilem esse quoad sacerdotes.

808. — ^a Mastrius de Meldula ita profecto tenet in 4 sent., disp. 7, qu. 15, n. 445 et seqq.; sed in Theol. mor., disp. 20, n. 109,

tam. — Quare procul dubio sacerdos laedens castitatem sacrilegium commitit; quia Ecclesia ex motivo religionis, ob reverentiam ordinis sacri, imponit suis ministris observantiam castitatis. Religiosus autem sacerdos si peccat contra castitatem, praeter peccatum contra castitatem, unum tantum sacrilegii peccatum commitit; quia eamdem virtutem religionis, non aliam laedit, ut bene notant Salmant.¹ cum Sanchez.

Secunda tamen sententia, probabilior et communior, cum S. Thoma², quem sequuntur Bellarminus³, Sanchez⁴, Pontius⁵; Salmant.⁶ cum Vasquez, Cajetano, etc.; ac Escobar⁷ cum Azor, Navarro et Soto, tenet quod obligatio castitatis non oritur immediate ex lege Ecclesiae, sed ex voto quod in ipso facto ordinationis emititur. — Primo, quia hoc jam est expressum in jure, et praecise in cap. Cum olim, de clericis conjug., ubi dicitur: Nos igitur attendentes quod orientalis Ecclesia votum continentiae non admisit, etc. Ergo in Ecclesia occidentali, seu latina votum castitatis jam admittitur. — Secundo, quia, si obligatio castitatis tota esset ex lege Ecclesiae, posset Pontifex omnes etiam sacerdotes ab illa absolvere; sed hoc es- set contra communem sententiam doctorum, qui tantum in casu urgentissimo concedunt Pontifici in hoc dispensare cum solis ministris (ut dictum mox n. 807), sed non cum sacerdotibus⁸.

¹ Tr. 8, cap. 6, n. 39. — ² Sanch., de Matr., lib. 7, disp. 27, n. 30. — ³ 2a 2ae, qu. 88, art. 11. — ⁴ De Matr., lib. 1, cap. 21. — ⁵ De Matr., lib. 7, disp. 27, num. 10. — ⁶ De Matr., lib. 7, cap. 27, n. 7. — ⁷ Tr. 8, cap. 6, n. 28 et 26. — ⁸ Vasq., disp. 247, cap. 7; et disp. 248, cap. 2. — ⁹ Cajetan., Opusc. tom. 1, tr. 27. — ¹⁰ Lib. 23, n. 475 et 476. — ¹¹ Azor, part. 1, lib. 13, cap. 12, qu. 6. — ¹² Navar., Man., cap. 22, num. 52. — ¹³ Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 4, artic. 2; et qu. 5, art. 3, ad 2. — ¹⁴ Tr. 8, cap. 6, num. 35. — ¹⁵ Sanch., de Matr., lib. 7, disp. 27, num. 11. — ¹⁶ Lib. 6, part. 2, n. 2162. — ¹⁷ Palau., tract. 27, punct. 17, n. 12. — ¹⁸ Coninck, disp. 20, dub. 14, diff. 3, n. 141. — ¹⁹ Loc. cit., n. 37 et 38. — ²⁰ Dicast., tract. 6, de Ordin., dub. 26, num. 398 et 400. — ²¹ Loc. cit., n. 12.

dicit castitatis obligationem ordinibus sacris annexam esse, « non tantum ex vi voti, sed etiam directe et immediate ex pracepto Ecclesiae, imponit talem obligationem iis qui ordinantur in sacris ».

b) Nihilominus, tum Julius III suo Breve Dudum, de die 8 Martii 1554, Reginaldo Polo, suo legato in Anglia; tum Pius VII, Breve Etsi apostolici, de die 15 Aug. 1801, suo nuntio in Galliis, potestatem fecerunt dispensandi eum presbyteris, qui nulliter matrimonium attenuerant, ut possent valide contrahere et in matrimonio sic contracto libere et liceat remanere. Documenta ista videri possunt apud Ecclesiae statuto²².

²² Id est Salmant. loc. cit., n. 28, contra

809. — Sed hic dubitatur 1o. An tene- retur ad servandam castitatem qui invincibiliter ignoraret votum illius Ordini annexum?

Salmant.¹ dicunt teneri ex communi doctorum, vel ex vi voti impliciti, ut ipsi sentiunt cum S. Thoma² et Sanchez; vel ex pracepto Ecclesiae, ut alii juxta primam sententiam probabiliter putant. Alii tamen, ut Croix³ cum Palao et Coninck, adhuc probabiliter censem quod si ignorantia omnino fuisset invincibilis, ordinatus non teneretur ad castitatem, neque ex voto neque ex pracepto Ecclesiae; quia Ecclesia non intenderet talem obligare. Secus vero, si ignorantia fuisset culpabilis, vel si quis ordinem intenderet suscipere cum eadem obligatione qua alii suscipiunt; ut infertur ex dictis Lib. III, n. 201, Qu. 1.

Dubitatur 2o. *An teneretur ad castitatem Ordinem suscipiens, si expresse nollet castitatem vorare?*

Putat Philibertus⁴ quod etiam teneretur ex voto: sed hoc parum probabile videtur. — Censem vero Salmant.⁵ cum Dicastillo, quod tunc teneretur ad emitendum votum; et interim dicunt quod talis, si peccaret contra castitatem, non committeret sacrilegium. Sed hoc ultimum, nempe quod hoc non esset sacrilegium, nec satis probabile videtur, et est contra communem; ut ipsi Salmant. fatentur⁶. — Hinc probabilius dicunt Sanchez⁷ cum

Expresse nolens vorare castitatem:

Si peccat contra castitatem, committit sacrilegium.

Roskovany. Caelibatus, tom. 2, monum. 1333; et tom. 3, mon. 1967.

b) D. Thomas, 2a 2ae, qu. 88, art. 11, id forte innuere videtur, eo quod dicit obligationem castitatis annexam esse ordini sacro ex vi voti. Salmant. tamen eum citant uti refert S. Alphonsus.

b) Philibertus Marchinus, quamvis a Salmant. pro hac sententia citetur, omnino tamen tenet contrarium, sicut et ipse S. Alphonsus: « Ego breviter dico, inquit tr. 2, part. 6, cap. 8, diff. 6, n. 8,... non teneri ex voto, sed ex solo Ecclesiae statuto ».

Quid de ignorantia castitatem annexam- se ordinum.

Tenetur ex praecete Ecclesiae. alius; et Holzmann¹ cum Amico, Mayr, etc., quod in tali casu is teneretur ad castitatem, non ex voto, sed ex pracepto Ecclesiae, quae ex religionis motivo (ut diximus) eum ad castitatem, deficiente voto, adstringeret.

810. — Notandum autem certum esse quod ille qui est ordinatus ante usum rationis, quamvis valida sit ordinatio (ut probatum est n. 782, cum D. Thoma et aliis communiter, ex cap. unic., de clericis per salt. prom.), non tenetur tamen ad castitatem; unde valide ac licite potest inire matrimonium. — Ita Croix²; et Salmant.³ cum Sanchez, Suarez, Dicastillo et communi.

An autem teneatur ad castitatem qui post usum rationis, sed ante pubertatem ordinatur?

Affirmant Pontius⁴, Bonacina⁵, et Escobar⁶ cum Cajetano, Coninck⁷, etc. Quia de jure naturali jam adest obligatio hoc votum servandi; e converso, nullum adest jus canonicum tale votum irritans. Hoc est quidem probabile. — Sed non impro-

¹ De Ordin., n. 108, v. *Sexta*. — *Amic.*, tom. 8, disp. 22, sect. 18, n. 91. — *Cherub. Mayr*, Recoll. 6 sup. part. 4, qu. 10, resp. 2. — ² Lib. 6, part. 2, n. 2161. — ³ Tr. 8, cap. 6, n. 42. — *Sanct.*, de Matr., lib. 7, disp. 30, a n. 3. — *Suar.*, de Relig., tr. 7, lib. 9, cap. 17, dub. 2. — *Dicast.*, tr. 6, de Ordin., dub. 27, n. 408 et 409. — ⁴ De Matr., lib. 7, cap. 29, n. 15. — ⁵ De Matr., qu. 3, punct. 9, n. 16. — ⁶ Lib. 23, n. 486 et 487. —

communem esse dicunt, eam sententiam quae negaret novam malitiam, videlicet sacrilegii, induci ex lege ecclesiastica quae continentiam clericis in sacris imponit.

810. — a) Coninck, de Sacram., disp. 20, n. 136, affirmit utique ad castitatem teneri, « si ordinentur cum jam doli vere capaces sunt, et intelligent quam obligationem suscipiant ».

b) Barbosa male citat hos auctores; nam Hostiensis, in cap. unic. de clericis per salt. prom., n. 2; et in cap. Vel non est compos, de tempor. ordin., n. 7; Navarrus, lib. 1, consil. 4, de his quae vi, etc., n. 4; Sotus, in 4, dist. 25, qu. 1, art. 2, concl. 3, v. *Quodsi roges*; Henriquez, lib. 10, cap. 14, n. 3, loquuntur de puer ordinate ante usum rationis. Quin etiam Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 2, art. 5, i. f., de eo qui ante pubertatem ordinatus est expresse dicit: « Si... usum habebat rationis, puta quia decimum vel duodecimum annum attigerat, et forte in octavo, quia liberis initiatur, cogendus est votum servare ».

c) Et re quidem vera Benedictus XIV, in Instr. *Eo quamvis tempore*, diei 4 Maii 1745,

babiliter id negant Sanchez⁸; Salmant.⁹ Probabiliter non tenetur. cum Dicastillo, Aversa, etc.; ac Barbosa¹⁰ cum Abbat, Hostiensi¹¹, Navarro¹², Soto¹³ et Henriquez¹⁴). — Ratio, quia tale votum hominem constituit in statu irtractabili, in quo Pontifex nunquam auctor dispensat; unde tale votum maturum et perfectum usum rationis efflagitat¹⁵.

Idem dicitur de eo qui invalide ordinatur, vel ex defectu formae aut materiae; vel intentionis, puta, si quis per vim aut metum ordines susciperet, sine animo se ordinandi: ut Salmant.¹⁶ et Croix¹⁷ cum communi. (Et hic notandum quod qui non obligatur ad castitatem, nec ad Officium divinum tenetur; ut dictum est Lib. IV, n. 144, v. *Quaeritur*). — In dubio tamen presumendum est pro valore ordinatio; ut Croix¹⁸.

811. — Sed Dubium est: *an teneatur ad castitatem qui ordinatur ob metum gravem, sed cum animo se ordinandi?*

Pontius¹⁹; ac S. Antoninus²⁰, Sotus²¹, Palau²², etc., apud Croix²³, dicunt teneri,

Cajetan., in 2^{me} 2^{me}, qu. 88, art. 9, v. *Ad hoc dicitur*. — ⁷ Loc. cit., n. 8. — ⁸ Loc. cit., n. 48. — *Dicast.*, loc. cit., dub. 28, n. 414. — *Aversa*, qu. 4, sect. 8, v. *Tertio*. — ⁹ De Off. et Potest. episc., alleg. 15, n. 4. — *Abbas Panorm.*, in cap. unic. de clericis per salt. prom., n. 3. — ¹⁰ Tr. 8, cap. 6, n. 41 et 45. — ¹¹ Lib. 6, part. 2, n. 2162. — ¹² Loc. cit., n. 2203. — ¹³ De Matr., lib. 7, cap. 29, n. 3. — ¹⁴ Loc. cit., n. 2163.

§ 23, negat teneri ad castitatem eos qui ante pubertatem ad ordines sacros promoti fuerint, nisi ordinationem, adepti jam pubertatem, ram habuerint.

811. — a) S. Antoninus, part. 3, tit. 14, cap. 16, § 18, utramque opinionem afferit, scilicet primo opinionem quae absolute negat teneri ad continentiam; deinde opinionem quae distinguunt et quae negat teneri ad continentiam quantum ad usum matrimonii contracti ante susceptionem ordinis, sed quae affirmat teneri ad continentiam si non habeat uxorem.

b) Sotus, de Just. et Jure, lib. 7, qu. 2, art. 5, ad 4, ait illum teneri voto castitatis, « nisi forsitan uxori esset matrimonio conjunctus, qui in vita uxore abstine non potest ». Sed in 4 sent., dist. 25, qu. 1, art. 2, simplificiter negat teneri: quod Croix non notavit. — Pontius pariter loc. cit., n. 1, distinguunt eum qui post matrimonium invititus promovetur, de quo ait: « Nullius... effectus est ordinatio contra ius alterius conjugis ».

c) Palaus hanc tenet tr. 27, punct. 17, n. 13, « si cum ordines suscepisti expresse non contradixeris ».

Probabiliter non tenetur.

Ordinatus ob metum gravem probabiliter tenetur.

Item, invalidem ordinatus.

Limitatio.

Quid in praxi consulendum.

Ordinatus ob metum justum, probabiliter non tenetur.

donec a Papa dispensemetur; quia metus minuit, non vero tollit voluntarium.

At probabilius Sanchez¹, Bonacina²; Escobar³ cum Sayro, Coninck et Grafio⁴; ac Salmant⁵ cum Azor, Dicastillo, etc., dicunt non teneri, et valide posse matrimonium contrahere (non posset tamen in ordine ministrare, constante matrimonio, neque privilegiis clericalibus gaudere. Vide Salmant.⁶). Ratio, quia jam ex probabiliori sententia (ut supra), ordinati non tenentur ad castitatem, nisi ex voto; et verius est quod votum metu gravi extortum irritum est, ex cap. *Cum dilectus, de his quae vi, etc.* (Vide dicta Lib. III, n. 197, v. *Sed quaestio*). — Limitant tamen hanc sententiam Salmant.⁶ cum Navarro et Vega, si hic postea, metu remoto, ordinationem ratificaret aut verbis, aut in ordine ministrando: modo sciatis et adverterat per hujusmodi actum tali obligationi se subjicere.

Caeterum consultum est ut tales metu ordinati petant dispensationem: quam plures concessit S. Congregatio, ubi solide metus probatus fuerit, prout refert Pater Zaccaria apud Croix⁷.

Quid, si metus ex justa causa sit inflatus, puta, si episcopus ob inopiam ministrorum adstringeret metu aliquem ad se ordinandum?

Probabile putant Sanchez⁸; et Dicastillus⁹ ex Navarro, apud Salmant.¹⁰ non teneri hunc ad votum castitatis; quia probabiliter (ut dicunt) metus, sive sit justus

¹ De Matr., lib. 7, disp. 29, n. 5. — ² De Matr., qu. 3, punct. 9, n. 12. — ³ Lib. 23, n. 482 et 483. — *Sayr.*, Clav., lib. 2, cap. 4, n. 20. — ⁴ Coninck, de Sacram., disp. 20, n. 145 et 150. — ⁵ Tr. 8, cap. 6, n. 46. — *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 14, quer. 8. — *Dicast.*, tr. 6, de Ordin., dub. 29, n. 432 et 438. — ⁶ Loc. cit., n. 50. — ⁷ Tr. 8, cap. 6, n. 47. — *Navar.*, lib. 1, consil. 4, n. 8 et 9, de his quae vi, etc. — *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 57, cas. 6. — ⁸ Lib. 6, part. 2, n. 2163. — *Navar.*, consil. 5, ed. tit., n. 2 et seqq. — ⁹ Tr. 8, cap. 6, n. 48. — ¹⁰ De Matr., lib. 7, disp. 29, n. 10. — ¹¹ Loc. cit.

¹¹ Jacobus de Graffis, *Decis. aur.*, part. 2, lib. 3, cap. 12, n. 13, non bene citatur ab Escobar; quamvis enim negat teneri; ita tamen suam sententiam explicat, ut plane recidat in primam sententiam: « Et hoc intellige, inquit, quod si ante habeat uxorem, poterit illa uti sine peccato; sed si non habebat, continere tenetur ».

¹² Sanchez, de Matr., lib. 7, disp. 29, n. 8; Dicastillus, tr. 6, dub. 29, n. 440, quamvis

sive injustus, et sive gravis sit vel levius, semper irritat votum. — Sed melius optionum tenent ipse Sanchez¹²; et Salmant.¹³

Potius tenetur.

At probabilius Sanchez¹, Bonacina²; Escobar³ cum Sayro, Coninck et Grafio⁴; ac Salmant⁵ cum Azor, Dicastillo, etc., dicunt non teneri, et valide posse matrimonium contrahere (non posset tamen in ordine ministrare, constante matrimonio, neque privilegiis clericalibus gaudere. Vide Salmant.⁶). Ratio, quia jam ex probabiliori sententia (ut supra), ordinati non tenentur ad castitatem, nisi ex voto; et verius est quod votum metu gravi extortum irritum est, ex cap. *Cum dilectus, de his quae vi, etc.* (Vide dicta Lib. III, n. 197, v. *Sed quaestio*). — Limitant tamen hanc sententiam Salmant.⁶ cum Navarro et Vega, si hic postea, metu remoto, ordinationem ratificaret aut verbis, aut in ordine ministrando: modo sciatis et adverterat per hujusmodi actum tali obligationi se subjicere.

Certum est quod sine licentia uxoris non licet uxorato ordines sacros suscipere, nec etiam primam tonsuram¹¹. — Imponitur imo irregularitas in eum qui sine dicta licentia vel legitimo divortio in sacris ordinatur, etiamsi matrimonium non fuisse consummatum; quia hoc dirimunt tantum per professionem religionis, non vero per ordinationem, ut in ead. *extrav.* Vide Salmant.¹²

Probabile tamen est¹² cum Sanchez, Aversa et Salmant.¹³ quod, qui post matrimonium tantum ratum ordinaretur in sacris, non teneretur religionem profiteri; ut dicunt ibid.¹⁴ S. Antoninus, Azor et Ledesma. — Quia majus onus est religionem profiteri quam ad solam castitatem se adstringere.

Licite autem potest conjugatus ad sacros ordines promoveri ex licentia uxoris: modo ipsa castitatem voleat, ut habetur in cap. *Conjugatus, de convers. conjugat.* Et modo licentia sit expressa et omnino spontanea; ex cap. *Consuluit, eod. tit.*¹⁵

¹¹ De Matr., lib. 7, disp. 29, n. 5. — ¹² De Matr., qu. 3, punct. 9, n. 12. — ¹³ Lib. 23, n. 482 et 483. — *Sayr.*, Clav., lib. 2, cap. 4, n. 20. — ¹⁴ Coninck, de Sacram., disp. 20, n. 145 et 150. — ¹⁵ Tr. 8, cap. 6, n. 46. — *Azor*, part. 1, lib. 13, cap. 14, quer. 8. — *Dicast.*, tr. 6, de Ordin., dub. 29, n. 432 et 438. — ¹⁶ Loc. cit., n. 50. — ¹⁷ Tr. 8, cap. 6, n. 47. — *Navar.*, lib. 1, consil. 4, n. 8 et 9, de his quae vi, etc. — *Vega*, Sum. nueva, part. 2, cap. 57, cas. 6. — ¹⁸ Lib. 6, part. 2, n. 2163. — *Navar.*, consil. 5, ed. tit., n. 2 et seqq. — ¹⁹ Tr. 8, cap. 6, n. 48. — ²⁰ De Matr., lib. 7, disp. 29, n. 10. — ²¹ Loc. cit.

hic a Salmant. citentur, ut testatur S. Alphonsus, ibi tamen de solo metu levi tractant.

²² Quod invita, sacram ordinibus initiaretur.

²³ Cap. *Consuluit*, quod Salmant. etiam hic adducunt, de ingressu religionis loquens, hanc conditionem non habet; sed Glossa, ad v. *Dirimentum*, haec habet: « Quod verum puto, quia de licentia uxoris intravit, et ita tenuit ingressus; alias esset contra ». Melius

Sed hic dubitatur 1°. *An eo casu uxori, ultra votum, teneatur religionem profiteri?*

Affirmant ^{c)} Sanchez ¹, et Salmant. ² cum Soto. — Sed verius negant Pontius ³, Diana ⁴; et Hurtadus ex Navarro et Sà ⁵, apud Renzi ⁶. Idque clare probatur ex citato cap. *Conjugatus*, ubi dicitur: *Nullus conjugatorum est ad sacros ordines promovendus, nisi ab uxore continentiam profitente fuerit absolutus.* Non dicitur religionem profitente, sed continentiam. Excipendum tamen 1°. Si vir ad episcopatum assumatur: tunc enim uxor omnino debet religionem ingredi, ut statuitur in cap. *Sane 6, de conv. conjug.* Excipe 2°. Si vir fieret religiosus, et uxor esset juvenis; ex cap. *Cum sis 4, eod. tit.*, ubi sic dicitur: *Prohibemus ne... virum vel uxori, nisi uteque ad religionem migraverit, transire permittas.* Verum, si ita uxor senex sit et sterilis, quod sine suspicione possit esse in saeculo, dissimilare poteris ut, e*i* in saeculo remanente, et castitatem promittente, ad religionem transeat vir ejusdem.

Exceptiones.

Dubitatur 2°. *An mulier hujus viri ad ordines sacros promoti, si emiserit simplex votum castitatis, valide contrahat matrimonium post mortem viri?*

¹ De Matr., lib. 7, disp. 39, n. 6. — ² Tr. 8, cap. 6, n. 58. — ³ Sotus, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 4, v. *Praeterea contra*; et dist. 38, qu. 1, art. 2, concil. 2. — ⁴ De Matr., lib. 7, cap. 25, n. 7. — ⁵ Part. 4, tr. 4, resol. 129. — ⁶ Gasp. Hurtad., de Matr., disp. 11, diff. 9, n. 30. — *Navar.*, lib. 8, consil. 18,

et aptius cap. *Sane eod. tit.*: «Si conjugati consenserint ordinari, uxor voluntas prius est requirenda». Cfr. etiam cap. *Veniens*, eod., ubi de ingressu viri in religionem.

c) Affirmant utique, sed casu tantum quo uxor juvenis est. — *Praeterea Pontius*, quamvis neget uxorem teneri de jure ad religionem

Prima sententia negat. Et hanc tenent Sanchez ⁶, Mazzotta ⁷, et Salmant. ⁸ cum communi (ut asserunt), ex can. *Quia sunt 10, dist. 28*, ubi loquens D. Gregorius de secundo matrimonio inito cum hujusmodi uxore, dicit: *Qui male sociati sunt, disjungantur.* Et idem dicitur in *can. seq. 11, ibid.* — Et ratio est, quia Ecclesia, ob reverentiam ordinis a primo viro assumpti, et ob licentiam uxoris voventis, reddit eam inhabilem ad subsequens conjugium. — Haec sententia est quidem communior et valde probabilis.

Sed satis probabilis est etiam *secunda sententia* cum Soto ⁹ et Pontio ¹⁰, qui dicunt praefatum matrimonium esse validum. Licet enim in praefatis textibus praecipiat separatio conjugum, in poenam secundi matrimonii contracti; non tamen declaratur matrimonium esse nullum. Tanto magis quod hujusmodi poena separationis etiam aliis criminibus in jure imponitur (ut probat Pontius ¹¹), absque eo quod matrimonium sit nullum.

An autem vir, qui ex justa causa perpetuum fecerit divortium ab uxore, possit, ea inscia vel invita, ordines sacros suscipere? — Vide dicenda de *Matrim.*, n. 969, ubi dicemus cum communi quod bene potest.

n. 5 et 6, de conv. conjug. — ⁶ Cap. 1, sect. 7, qu. 3. — ⁸ Loc. cit., disp. 40, num. 2. — ⁷ Tr. 7, disp. 3, qu. 3, cap. 1, v. *Itaque*. — ⁹ Loc. cit., n. 59. — ¹⁰ De Just. et Jure, lib. 7, qu. 5, art. 3. — ¹¹ De Matr., lib. 7, cap. 25, n. 10. — ¹² Loc. cit., cap. 20, n. 6 et 7.

profitendam; addit tamen ex consuetudine receptum esse ut vir ad ordines sacros non admittatur, nisi uxor, si juvenis sit, religionem profiteatur.

d) Sa id profecto innuit, v. *Divortium*, n. 4, nil aliud requirendo, nisi ut uxor continentiam voveat.

Uxor illa probabilitate inhabilitad matrimonium, mortuo viro.

Probabilitate valide contrahit matrimonium.

Quid de viro, post divortium justum.

§ II.

De Obligatione habendi Titulum.

813. *Poena in contravenientes.* — 814. *De titulo paupertatis.* — 815. *De titulo beneficii.* — Not. 1. *Juxta cujus dioecesis taxam desumenda sit sufficientia beneficii.* — Not. 2. *Quid, si defectus sit modicus.* — Not. 3. *Quid veniat nomine beneficii.* An stipendia Missarum. — 816. *Et an sufficientia beneficium de futuro.* — 817. *De titulo patrimonii.* — 818. Qu. 1. *An quis possit ordinari ad titulum suae industriae.* — 819. Qu. 2. *An pater teneatur assignare patrimonium filio volenti ordinari.* — 820. Qu. 3. *An incurrit suspensionem qui ordinatur sine titulo.* — 821. Dub. 1. *An, qui ordinatur cum patrimonio ficto.* — 822. Dub. 2. *An, qui ordinatur, data fide de reddendo illud donanti.* — 823. Dub. 3. *An, qui post diaconatum illud donanti renuntiat.* — 824. Dub. 4. *An ordinatus possit patrimonium renuntiare, si habeat aliunde sustentationem.*

813. — Certum est ex Tridentino ¹, quod episcopus neminem ad sacros ordines admittere potest nisi ille titulum habeat sustentationis. Alter episcopus ordinans, vel dimissorias concedens ^{a)}, tenetur ipse eum alere, usquedum ille titulum habeat, ex cap. *Cum secundum, de praebend.*; et cap. *Accepimus, de aet. et qualit. ordin.* — Si vero episcopus rem examinatoribus remiserit, et ipsi mala fide titulum approbaverint; ipsi pro rata tenentur ad ordinati sustentationem. At, si ipsi non habeant unde alimenta praestare possint, actio datur contra episcopum; ut Glossa ^{b)}. — Item, si ordines sacri a diversis episcopis sint collati, quisque episcopus qui ordinavit tenetur pro rata ad alimenta, ex cap. 4, de *praebend.* ^{c)}.

Ad nihil tamen tenetur episcopus (vel alii, ut supra): 1°. Si, debita diligentia jam

¹ Sess. 21, de reform., cap. 2. — ² Tr. 8, cap. 6, n. 68. — ³ Barbosa, de Offic. et Pot. episc., alleg. 20, n. 13; cfr. n. 5 et 6. — ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 2284. — *Palau*, tr. 27, punct. 9,

adhibita, curaverit ut patrimonium esset verum, et casu illud esset distractum, vel fictitium inventum. — 2°. Si clericus possit aliunde vivere, etiam ex suis honestis laboribus; vel si habeat patrem divitem, quia pater ex jure naturali tenetur filium alere. — Salmant. ² cum Barbosa.

Deinde hic notandum quod si titulus quo quis suscepit subdiaconatum, casu pereat, non potest is ad superiorem ordinem ascendere sine novo titulo. — Croix ³ cum Palao et Gobat.

Titulus autem sustentationis potest esse vel paupertatis, vel sufficientiae, nempe beneficii aut patrimonii. — De quibus singulatim hic agendum.

814. — Et 1°. Quoad titulum PAUPERTATIS: hoc titulo soli *regulares professi* ordinantur ^{a)}; non autem novitii, qui ex constitut. 75 S. Pii V *Romanus*, non pos-

titulus, quotplex.

Titulus paupertatis solis regulares professi compedit.

n. 4. — *Gobat*, tr. 8, n. 605. — *S. Pius V*, const. *Romanus Pontifex*, de die 14 Oct. 1568: bullia 75 in *Bullar. Cherub.*; sed 102 in *Bullar. Mainardi*.

lis 1871, n. 4, in religiosa professione est positus, vi cuius qui solemnia vota in probata religione emiserunt, vel ex redditibus bonorum si quae ipsamet religio possideat, vel ex piis fidelium largitionibus, omnia communia habent quorum ad vitam alendam indigent».

Hic titulo affinis est titulus quem vocant *mensae communis*, qui «eos clericos attingit (ibid.)», qui religiosorum more in communia vitae disciplina degentes, aut nulla nuncupant vota, aut simplicia tantum... Verum ex hisce clericis, ii dumtaxat communis mensae titulo promoveri ad sacros ordines possunt, quorum Congregationes aut Instituta peculiari ad id privilegio ab Apostolica Sede aucta fuerint». Conditiones vero quae requiruntur ut alumni Institutorum religiosorum tum votorum solemnium, tum votorum simplicium ad ordines

c) Id plane colligitur ex cap. Episcopus 4, de *praebend.*, ubi haec habentur: «Episcopus si aliquem sine certo titulo... in diaconum vel presbyterum ordinaverit, tamdiu ei necessaria subministret, donec in aliqua ecclesia ei convenientia stipendia militiae clericalis assignet».

814. — a) «Paupertatis... titulus, ait Instr. S. C. de P. F. de titulo ordinationis, 17 Aprilis

sunt sacros ordines suscipere, sub poena suspensionis, nisi patrimonium habeant; exceptis religiosis Societatis Jesu, qui post vota simplicia ordinari possunt, et, si inde a religione ejiciantur, teneri superiores eos alere, usquedum habeant unde vivant, dicit Philibertus (apud Salmant.¹), afferens decisionem Sacrae Congregationis. — Sed Croix absolute hoc negat², referens plures alias declarationes S. C. in contrarium. Imo Pater Zaccaria apud Croix³ addit quod Benedictus XIII Motu proprio edito anno 1728, die 12 Junii, declaravit in perpetuum, *Societatem... non teneri... ad ullam subministrationem sive congruae sustentationis, sive alimentorum... illis... qui post biennium probationis et emissionis votorum simplicium..., a suis superioribus ejiciuntur, tametsi, dum in ea permanebant, ad sacros, etiam presbyteratus, ordines... ad titulum... paupertatis promoti fuerint*. Et hanc rationem Pontifex ad talem sanctionem praemittit: ne qui dismissioni causam praebuerint, utilitatem ex sua culpa reportent⁴.

815. — II^o. Quoad titulum BENEFICI, ante omnia hic praenotandum est decre-

Phil. Marchin., tr. 2, part. 6, cap. 5, n. 5. — ¹ Tr. 8, de Ordine, cap. 6, n. 64. — ² Lib. 6, part. 2, n. 2288 et 2196. —

Decretum Tridentini de titulo benefici.

promoveri queant titulo paupertatis aut mensae communis, habentur in decreto *Auctis admodum*, vide supra in nota i ad n. 788.

b) De hujusmodi ejectis vel dimissis, S. C. Ep. et Reg. suo decreto *Auctis admodum*, diei 4 Nov. 1892 haec decrevit: «IV. Alumni votorum solemnum vel simplicium perpetuorum vel temporalium, in sacris ordinibus constituti, qui expulsi vel dimissi fuerint, perpetuo suspensi maneant, donec a S. Sede alio modo eis consultatur; ac praeterea episcopum benevolum receptorem invenerint et de ecclesiastico patrimonio sibi providerint. — V. Qui in sacris ordinibus constituti et votis simplicibus obstricti sive perpetuis sive temporalibus, sponte dismissionem ab Apostolica Sede petierint et obtinuerint, vel aliter ex apostolico privilegio a votis simplicibus vel perpetuis vel temporaneis dispensati fuerint, ex claustru non exeant, donec episcopum benevolum receptorem invenerint et de ecclesiastico patrimonio sibi providerint; secus suspensi maneant ab exercicio suspectorum ordinum. Quod porrigitur etiam ad alumnos votorum simplicium temporalium, qui quovis professionis vinculo jam forent soluti, ob elapsum tempus, quo vota ab ipsis fuerunt nuncupata». — Cum autem

tum Tridentini⁴, ubi: *Cum non deceat eos qui divino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare..., compertumque sit complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus ac fallaciis configunt se beneficium ecclesiasticum aut etiam idoneas facultates obtainere; statuit s. synodus ne quis deinceps clericus saecularis, quamvis alias sit idoneus moribus, etc., ad sacros ordines promoteatur, nisi prius legitime constet eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victimum honeste sufficiat, pacifice possidere. Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione quod ad illius beneficij titulum sit promotus; neque ea resignatio admittatur, nisi constito quod aliunde vivere commode possit; et aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi quos episcopus judicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate ecclesiarum suarum; eo quoque prius perspecto, patrimonium illud vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse quae eis ad vitam sustentandam satis*

Sufficiencia beneficij, unde desumenda.

sint; atque illa deinceps sine licentia episopi alienari aut extingui vel remitti nullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint, antiquorum canonum poenas super his innovando.

Notandum 1^o. Sufficientiam beneficij desumendam esse juxta taxam dioecesis ubi est beneficium, si ipsum requirit perpetuam residentiam: si vero non requirit, juxta taxam originis; ut plures declaravit S. Congregatio annis 1701, 1708 et 1713, apud Benedictum XIV¹, ubi refert idem corroboratum fuisse ab Innocentio XIII in constitut. *Apostolici ministerii*: quae deinde confirmata fuit, et extensa per totum orbem² a Benedicto XIII.

Notabilis defectus in beneficio impedit ordinationem.

Notandum 2^o. Quod si defectus beneficij³ sit modicus, licite quis ordinatur: secus, si sit notabilis; ut notat Viva ex Diana² cum Sanchez et Navarro. — Notabilem autem merito esse censem Viva³, defectum quintae partis.

Quid ve-
niat nomine
beneficii.

Notandum 3^o. Quod nomine *beneficij* potest etiam aliquis ordinari ad titulum coadjutoriae perpetuae⁴; ut Sanchez et Navarrus apud Croix⁴ (modo coadjutor, ratione illius, congruam habeat sustentationem, ut recte advertunt Gonzalez⁵) et

¹ De Synodo, lib. 12, cap. 9, n. 2. — *Innoc. XIII*, brev. *Apostolici ministerii*, diei 23 Maii 1723, § 7; in Bullar. Rom. Mainardi. — *Viva*, de Sacr. Ordin., qu. 7, art. 4, n. 6, v. *Notat*. — ² Part. 4, tr. 4, resol. 52; et part. 5, tr. 5, resol. 20. — *Sanch.*, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 35, n. 8. — *Navar.*, lib. 1, consil. 28, de temp. ordin. — ³ Loc. cit. — *Sanch.*, loc. cit., dub. 35, n. 4. — *Navar.*, de Horis can., cap. 20, n. 18. — ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 2269. — *Garcia*, de Benef., part. 2, cap. 5, n. 182. — ⁵ De Offic. et Potest. episc., alleg. 19, n. 23. — ⁶ Tr. 8, cap. 6, n. 68 et 69. — ⁷ Loc.

cit., n. 24 et 25. — *Campan.*, Diversor. juris, rubr. 8, cap. 5, n. 29. — ⁸ Notif. 26, n. 11. — *Phil. Marchin.*, tr. 2, part. 6, cap. 6, diff. 5, n. 28. — ⁹ Loc. cit., n. 69. — ¹⁰ Loc. cit., n. 2271. — *Sayr.*, de Censur., lib. 4, cap. 14, n. 19. — *Campan.*, loc. cit., rubr. 8, cap. 4, n. 10. — ¹¹ Loc. cit., n. 70. — *Jord. Pax*, lib. 3, tit. 6, n. 301. — ¹² Loc. cit., n. 2273. — ¹³ Alleg. 19, n. 28. — *Petr. Ledesm.*, Sum. de Ordin., cap. 7, concl. 8, dub. 1. — *Garcia*, de Benef., part. 2, cap. 5, n. 180. — *Salzedo*, in Pract. crim. Diaz, cap. 18, n. 6. — *Ugolini*, de Pot. episc., cap. 26, § 8, n. 3. — ¹⁴ De Sacr. Ordin., punct. 5, n. 29.

Titulus be-
neficij certi
de futuro
non sufficit.

dubia quaedam de his exorta fuerint, scilicet: I. Utrum haec verba: *Episcopum benevolum receptorem invenerint et de patrimonio ecclesiastico sibi providerint*, ita collective sint intelligenda, ut ad tollendam suspensionem ambo sint necessaria, nempe: *et* episcopum benevolum receptorem invenire, *et* patrimonium ecclesiasticum constituere, vel sufficiat tantum episcopum benevolum receptorem invenire? — II. Utrum haec verba quae in n. V leguntur: *Secus suspensi maneant ab exercicio suspectorum ordinum*, ita sint sumenda ut religiosus qui obtenta apostolica licentia claustro exierit, quin prius episcopum benevolum receptorem invenerit vel de patrimonio ecclesiastico sibi providerit, sit suspensus tandem donec episcopum benevolum receptorem inveniat et patrimonium ecclesiasticum sibi constituat, vel sit suspensus donec ab Apostolica Sede suspensi tollatur, invento episcopo benevolo receptore et patrimonio ecclesiastico constituto? — Eadem S. C. Ep. et Reg., die 20 Nov. 1895, respondit: «Ad primum duobus: *Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam*. — Ad secundum: *Affirmative pariter ad primam partem; Negative ad secundam*».

815. — a) Confirmata quidem fuit haec innocentiana constitutio, sed dumtaxat pro eodem Hispaniae regno, a Benedicto XIII, brevi *In supremo*, 23 Septembr. 1724, § 10, in Bullar. Rom. Mainardi.

b) Diana et Viva loquuntur de patrimonio; sed eadem videtur esse ratio de patrimonio et de beneficio. — Et S. C. Conc. declaravit aliquem posse ordinari ad titulum beneficij, licet insufficientis, supplendo cum patrimonio quod deest ad congruam sustentationem, dummodo concurrat pariter necessitas vel utilitas ecclesiae. Posse item promoveri ad titulum beneficij seu cappellae, cuius fructus una cum distributionibus sufficient ad illius sustenta-

tionem. Vide Pallottini, v. *Sacramentum Ordinis*, § 6, n. 20 et 21.

c) Seu, ut loquuntur citati autores, coadjutoriae cum futura successione.

d) Gonzalez, sup. reg. & *Cancell.*, gloss. 5, § 9, n. 8, id non habet, sed ita eum interpretantur Barbosa et Garcia.

e) Capellania et pensio pariter debent esse perpetuae, juxta citatos autores. Et consonat *Instruct. S. C. de P. F. de titulo ordinationis*, 17 Apr. 1871, quae n. 2, haec dicit: «Ad praefatum [titulum patrimonii] accedit titulus pensionis, quae non modo ad congruam clericorum alimoniam sufficere, sed et perpetua esse debet».

cum Sayro^{a)} et Cenedo; ac Salmant.¹ cum Philiberto, etc. Quia Tridentinum² requirit omnino pacificam possessionem beneficii: quare is ordinari nequit, etiamsi injuste impediretur a possessione. — Si quis tamen possidet beneficium, sed redditus exigere non possit usquedum fiat sacerdos, bene posset ordinari subdiaconus et diaconus^{b)}. Ita Barbosa³ cum Armandariz et Garcia.

817. — IIIº. Quod ad titulum PATRIMONII pertinet^{a)}, ad hunc titulum ex Tridentino⁴ non possunt omnes ordinari; sed tantum *ii quos episcopus judicaverit assumendos* (verba Tridentini) *pro necessitate vel commoditate ecclesiarum suarum*.

Patrimonium autem debet esse super re certa et immobili, ac de sua natura frugifera, pacifice possessa, nec aere alieno aut hypotheca gravata; ut communiter cum Salmant.⁵ et Potestā⁶. — Hinc non sufficit si aliquis, etiam scripto, promittat ordinando alimenta.

Sufficit tamen census perpetuus, adhuc redimibilis; quia hic de se fructificat: modo episcopus cautionem adhibeat ut, si redimatur, in aliam emptionem appli-

Cenedo, Pract. quaest., qu. 4, n. 23. — ¹ Tr. 8, cap. 6, n. 70. — Phil. Marchin., tr. 2, part. 6, cap. 6, diff. 3, n. 8. — ² Sess. 21, de reform., cap. 2. — ³ De Offic. et Pot. episc., alleg. 19, n. 29. — Armendariz, Addit. ad Recopil. legum Navar., lib. 2, tit. 8, leg. 1, de Patr. clericor., n. 11. — Garcia, de Benef., part. 2, cap. 5, n. 110. — ⁴ Sess. 21, de reform., cap. 2. — ⁵ Tract. 8, cap. 6, num. 76. — ⁶ Exam., tom. 3, a n. 54. — Croix, lib. 6, part. 2, n. 2269. — ⁷ Notif. 26,

cetur, ut notat Croix. Idque sic admittit etiam Benedictus XIV⁷; et Escobar⁸ cum Palao, Marchino et Leandro, ac decisione Rotae Romanae. — Sufficit etiam si quis de suis redditibus tot annuos aureos, ad sustentationem sufficientes, per instrumentum ordinando donet; ut dicunt Ugolinus et Philibertus, apud Salmant.⁹ Quod admittit Barbosa apud Croix¹⁰, casu quo urgeret penuria sacerdotum. Imo admittit Benedictus XIV¹¹, ex decretis S. Congregationis¹², etiam quando clericus assumitur pro necessitate vel commoditate ecclesiae. — Addit Gobat¹³ sufficere ut aliquis comes aut communitas obliget sua bona ad clericum alendum: quod valde probabile mihi videtur, saltem quoad communitatem, sicut et aliis quos consului visum est (etsi Croix¹⁴ oppositum probabilius vocet). Tridentinum enim nequam limitat ut patrimonium super restabili constituatur; tantum praescribit¹⁴ quod sit verum et sufficiens ad clericum sustentandum, quia concilium id praecipue cavere intendit, ne Ecclesiae ministri ob inopiam emendicare cogantur. Tuttior ideo ad hoc erit obligatio alicujus communita-

n. 12. — ⁸ Lib. 23, n. 378. — *Palaus*, tr. 27, punct. 11, n. 9. — *Marchin.*, tr. 2, part. 6, cap. 7, diff. 2, v. *Sexto*. — *Leand.*, tr. 6, disp. 9, qu. 10. — *Ugol.*, dē Off. episc., cap. 26, § 14, n. 2. — *Phil. Marchin.*, loc. cit., v. *Secundo deducitur*. — ⁹ Tr. 8, cap. 6, n. 77. — *Barbosa*, loc. cit., n. 78; et in *Trid.*, sess. 21, cap. 2, num. 51. — ¹⁰ Loc. cit., n. 2272. — ¹¹ Notif. 26, n. 10. — ¹² Tr. 8, n. 616 et 617. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Loc. cit., cap. 2.

816. — a) Sayrus male citatur a Bonacina; nam *loc. cit.*, tenet primam sententiam, uti S. Doctor retulit ex Salmanticibus; scribit enim: « Titulum non solum intelligi illum qui praesens habetur, sed et qui postea habendus est. Ideo, quando ad obtinendam dignitatem sacri ordines praeexiguntur..., certe sic nominatus vel postulatus promoveri potest ad eum titulum quem habiturus est: sufficit enim titulus de futuro ».

b) Et ita declaravit S. C. C., posse scilicet promoveri ad sacros ordines aliquem ad titulum ecclesiae in qua est receptus, etiamsi non participet de redditibus nisi post susceptum presbyteratum. V. Pallottini, v. *Sacramentum Ordinis*, § 6, n. 22.

817. — a) Titulus patrimonialis obtinet, « cum ordinandus talibus bonis certis stabilibus ac frugiferis, aliunde quam ab ecclesia provenientibus est instructus, quae ad congruam ejus sustentationem sufficere episcopi iudicio cen-

seantur ». Ita praealaudata Instr. S. C. de P. F., num. 2.

b) De his omnibus plures extant declarationes S. C. C. Et primo quidem in *Mutinen*, mense Mayo 1585, declaratum est aliquem posse ordinari ad titulum bonorum sibi donatorum, dummodo sint sufficientia ad congruam sustentationem, et ordinandus pro necessitate vel utilitate ecclesiae assumatur. — Eodemque modo in *Caesenate*, mense Decembri 1588, S. C. respondit de eo qui ordinari volebat ad titulum anni stipendi sibi a laico constituti, facta tamen obligatione a constitente tam pro se quam pro suis successoribus de eo manutenendo et non alienando fundo, super quo fundatum est dictum stipendum sine licentia episcopi. — Denique in *Nullius*, 1598, declaravit episcopum in summa clericorum penuria posse ob necessitatem ecclesiae ordinare ad subdiaconatum suos clericos, modo eis assignaverit fructus aliquorum bonorum ad vi-

tis quam assignatio alicujus rei stabilis; cum haec facilius deficere possit quam aliqua tota communitas.

Notandum vero quod in concordato nostri regni statutum est non posse in posterum patrimonia constitui, nisi unice super bonis immobilibus aut super annuis redditibus fixis. — Vide verba concordati, infra n. 830, ad 2.

Patrimonium autem computatur loco legitime, nisi aliud constet expresse ex voluntate patris. — Potestas¹ cum Palao, Molina; et Croix²; contra Viva³ cum Garcia⁴.

818. — Quaeritur 1º. *An quis ordinari possit sine patrimonio, sed ad titulum suae industriae*, puta si sit pictor, ludimagister vel alias professionis?

Affirmant Gonzalez, Barbosa⁵, Corduba, Henriquez, Garcia⁶, etc., apud Salmant.⁷; quia tunc prudenter judicatur, victimum congruum ei non fore defecturum, juxta mentem concilii.

819. — Quaeritur 2º. *An si filius, invito parente, vellet sacerdotium suscipere, teneretur pater illi patrimonium assignare?*

Affirmandum est cum Sanchez⁸, Barbosa⁹ cum Campanile et Genuensi; ac Salmant.¹⁰, Philiberto, etc. — Imo isti dicunt ad hoc posse cogi a judice ecclesiastico. Pariter ac pater cogi potest ad assignandam, prout tenetur, dotem filiae

industria vel honesto labore lucratur, puta quod sit musicus, magister grammaticae, pictor, scriptor, aut alterius licitae professionis, non potest promoveri, etiamsi id sit sufficiens ad sustentationem vitae. Item die 23 Maii 1609, S. Congregatio respondit: Gradum doctoratus tam in theologia quam in jure canonico non esse titulum, ad quem aliquis ad sacros ordines promoveri queat; sed requiri omnino vel beneficium vel patrimonium ad vitam promovendi honeste sustentandam sufficiens.

— Ratio, quia Tridentinum statuit quod ordinandus non solum habeat unde vivat; sed etiam, ad evitandas fraudes et errores, praescribit quod legitime constet eum beneficium (sive patrimonium) pacifice possidere. Quibus verbis excludit quamcumque spem acquisitionis de futuro; cum haec spes per infirmitatem vel aliud accidentis deficere possit.

819. — Quaeritur 2º. *An si filius, invito parente, vellet sacerdotium suscipere, teneretur pater illi patrimonium assignare?*

**Pater te-
netur patri-
monium as-
signare fi-
lio.**

Affirmandum est cum Sanchez⁸, Barbosa⁹ cum Campanile et Genuensi; ac Salmant.¹⁰, Philiberto, etc. — Imo isti dicunt ad hoc posse cogi a judice ecclesiastico. Pariter ac pater cogi potest ad assignandam, prout tenetur, dotem filiae

resol. 52, i. f. — *Sancti*, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 35, n. 10. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 238, n. 15; disp. 241, n. 10. — ⁸ Lib. 6, part. 2, n. 2277. — ⁹ De Sacr. Ordin., cap. 7, art. 4, n. 6, i. f. — *Gonzal.*, sup. reg. 8 *Cancell.*, gloss. 4, n. 36. — *Cordub.*, Sum., qu. 36. — *Henriq.*, lib. 10, cap. 17, n. 4, i. f; lib. 18, cap. 37, n. 2. — ¹⁰ Tr. 8, cap. 6, num. 65. — ¹¹ Loc. cit., n. 2275. — *Sà*, v. *Ordo*, num. 27 (in edit. correct. dumtaxat). — *Diana*, part. 4, tract. 4, cap. 7, diff. 1.

tam ordinati sufficientes. V. Pallottini, *loc. cit.*, n. 27 et seqq.

c) Garcia male prorsus citatur a Viva; cum ceteris enim, part. 2, cap. 5, n. 159, tenet ut verius, patrimonium computandum esse in legitimam. — Notandum est praeterea auctores citatos omittentes hanc limitationem: Nisi aliud constet expresse ex voluntate patris; quae tamen per se intelligenda videtur.

818. — a) Barbosa male citatur a Salmant.; tenet enim opinionem contrariam, eam scilicet quam S. Alphonsus veriorem existimat, et scribit, *de Off. et Pot. episc.*, alleg. 19, n. 71 et 72: « Nullus potest promoveri ex industria sua vel honesto labore, puta quod sit musicus, magister grammaticae, pictor aut alterius licitae professionis, ex qua tantum quaerit

quod sit sufficiens ad sustentationem vitae... Sic etiam non poterit quis ordinari ad titulum litteraturae, quantumcumque sit litteris, gradu et collegio insignis ». Idemque habet in *Trid.*, sess. 21, cap. 2, n. 49 et 50. — Garcia fere idem, *loc. cit.*, n. 126 et seqq.; nam cum S. Alphonsus negat quemquam posse ordinari titulo professionis, ut musici, pictoris, lectoris grammaticae, etc. De titulo autem litteraturae (pro quo a Salmant. citatur), negat etiam saltem pro baccalaureo in theologia vel jure canonico,

« quamvis contrarium teneant plures moderni..., quorum sententia alias mihi vera visa fuerit ex aequitate et epicheia ».

819. — a) Sanchez, *de Matr.*, lib. 4, disp. 26, n. 7, id habet ex Avendano, quem profecto non reprobat.

quae dignum matrimonium contraxit, vel quae cupit religionem ingredi; ut dicunt Lopez et Avendano, apud Salmant.¹

820. — Quaeritur 3^o. *An incurrat poenam suspensionis qui ordinatur sine patrimonio aut beneficio?*

Prima sententia negat cum Viva²; et Toledo, Coninck, Philiberto, Diana, Henriquez et aliis, apud Salmant.³; cum Sayro, Marchino et Gobat, apud Croix⁴. Item Escobar^a cum Toledo, Avila, Rodriguez^b, Henriquez, Vivaldo, Diana et Marchino. — Hanc sententiam merito satis probabilem putant Salmant.⁵ Quia, licet in can. *Neminem et can. Sanctorum, dist. 70*, imponatur suspensio ipso facto ab exercitio ordinis suscepti illi qui ficto titulo ordinatur; attamen in cap. *Cum secundum, de praebend.*, Innocentius III hanc poenam ordinati commutavit in obligacionem ordinantis ad eum alendum; ut ibi notat Glossa, et dicunt Sanchez et Aversa^c. — Cum igitur Tridentinum^d innovaverit poenas, intelligitur renovasse poenas quae tunc erant in robore apud sacros canones, nempe quod ordinans tenetur alere ordinatum sine titulo; non autem quoad ordinatum, cuius poena jam erat revocata. Et de hoc Escobar^e affert declarationem S. C., editam anno 1583 (quam referunt etiam Barbosa, Garcia et Vival-

dus), ubi sic dictum fuit: *Ordinatus contra formam hujus decreti (id est concilii) sine beneficio vel patrimonio non est per hoc suspensus nec aliquam poenam incurrit; sed cogendus est ordinans illi providere, juxta cap.* Cum secundum apostolum, de *praebend.*: *qui solus canon, non alii, a concilio innovatur.* — Nec obstat bulla S. Pii V *Romanus*, edita 14 Octobr. 1568 (ut opponit Bonacina^f), ubi statutum fuit incurtere suspensionem religiosos qui sine patrimonio ordinantur ante professionem; idemque dictum fuit de clericis in communi viventibus. Nam id specialiter pro istis decretum fuit, nec ad alios extendendum. — Quod autem mortaliter peccet qui sic ordinatur, non revocatur in dubium; ut recte ait Viva^g.

Secunda tamen sententia probabilius, quam tenent Suarez^d, Sanchez^h, Bonacinaⁱ; et Salmant.^j cum Aversa, contradicit. — Concilium enim dixit: *Antiquorum canonum poenas super his innovando.* Dixit *innovando*, ergo etiam poenas revocatas renovavit. Dixit *poenas*, non poenam; ergo non solum poenam ordinantis, sed etiam ordinati renovare intellexit. Dixit *canonum*; ergo innovavit poenas non solius canonis Innocentii III, sed omnium, et ideo addidit *antiquorum*^k.

Poenae antiquae in ordinatos sine titulo.

Gregor. Lopes, part. 4, tit. 11, leg. 8, gloss. 2, ad v. *El padre*, i. f. — *Nunes Avendano*, Quadraginta responsa, resp. 17, n. 4. — ¹ *Tr. 8*, cap. 6, n. 87. — ² *De Sacr. Ordin.*, qu. 7, art. 4, n. 6. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 48, n. 6. — *Coninck*, disp. 15, dub. 5, n. 38. — *Phil. Marchin.*, tr. 2, part. 6, cap. 7, diff. 6 et 7. — *Diana*, part. 2, resol. 5. — *Henrig.*, lib. 18, cap. 87, n. 2, et lit. g. — ³ *Loc. cit.*, n. 72. — *Sayro*, de *Censur.*, lib. 4, cap. 14, num. 16. — *Marchin.*, loc. cit. — *Gobat*, tr. 8, n. 604. — ⁴ *Lib. 6*, part. 2, n. 2283. — *Tolet.*, loc. cit., n. 16. — *Avila*, part. 3, disp. 5, dub. 4, concl. 2. — *Henrig.*, loc. cit. — *Vivaldo*, *Candelabr. aur.*, de *Suspens.*, a n. 34 (al., part. 2, de *Suspens.*, n. 28). — *Diana*, part. 2,

tr. 16, resol. 5; et part. 5, tr. 10, resol. 50. — *Marchin.*, tr. 2, part. 6, cap. 7, diff. 6. — ⁵ *Tr. 8*, cap. 6, n. 72. — *Glossa*, in cap. *Cum secundum*. — *Sanct.*, Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 35, n. 12. — ⁶ *Sess. 21*, de reform., cap. 2, i. f. — ⁷ *Lib. 28*, num. 364. — *S. C. Conc.*, habetur alia similis anni 1590, ap. *Fallottini*, v. *Sacramentum Ordinis*, § 6, n. 37. — *Barbosa*, alleg. 20, n. 27. — *Garcia*, part. 2, cap. 5, n. 29. — *Vivaldo*, loc. cit., n. 35. (al., n. 28). — ⁸ *De Sacr. Ordin.*, punct. 5, n. 19. — ⁹ *De Sacr. Ordin.*, qu. 7, art. 4, n. 6. — ¹⁰ *Consil.*, lib. 7, cap. 1, dub. 35, n. 12. — ¹¹ *Loc. cit.*, n. 19. — ¹² *Tr. 8*, cap. 6, n. 73. — *Aversa*, qu. 3, sect. 10, v. *Et hoc quidem*.

820. — a) Escobar existimat quidem probabilem hanc sententiam, lib. 23, n. 366; sed cum S. Alphonso contrariam putat probabiliorem.

b) Rodriguez male citatur hic ab Escobar; omnino enim tenet cum S. Alphonso oppositam opinionem, *Sum.*, part. 2, cap. 15, n. 1, dicens: « Non possunt suscipere ordines clerici saeculares sine titulo patrimonii, et si ordinantur de facto sunt suspensi ».

c) Aversa, qu. 3, sect. 10, v. *Dubium autem*, id dicit juxta primam hanc opinionem; ipse autem *ibid.*, v. *Et hoc quidem*, tenet

oppositam sententiam, ut inferius notat S. Alphonsum, et scribit: « Et hoc quidem [quod incurrit suspensionem] est magis rationabile tum ex verbis concilii tum ex convenientia rei ».

d) Suarez, *de Censur.*, disp. 31, sect. 1, suspens. 7, distinguit, et negat incurri suspensionem, si ordinatur absque titulo sed sine fraude, id est confitens sibi deesse titulum; incurri autem affirmat, si cum fraude et dolo, id est cum ficto titulo.

e) Quidquid olim fuerit de hac sententia hodie post const. *Apostolicae Sedis*, non am-

Nihilominus Salmanticenses¹ advertunt 1^o cum Sanchez quod, cum in dictis canonibus non requiratur possessio, si quis ordinaretur cum vero titulo, sed sine ilius possessione, peccaret quidem contra praceptum Tridentini; sed non incurrit suspensionem. Advertunt 2^o quod cum antiquitus non requirebatur titulus sufficiens ad sustentationem, sed quicunque titulus sufficiebat (ut dicunt *ibid.* 2^o *Navarrus* et *Manuel*), valde probabile est excusari a poena qui ordinatur cum titulo insufficienti, quamvis non excusatetur a peccato. — Advertendum autem 3^o cum Viva² quod in synodo dioecesis Neapolitanae imponitur suspensio ipso facto, archiepiscopo reservata, iis qui ficto titulo etiam primam tonsuram suscipiunt; et omnes ad id concurrentes incurrint pariter ipso facto excommunicationem reservatam.

821. — Sed juxta hanc secundam sententiam, scilicet quod ordinatus sine patrimonio incurrit suspensionem.

Dubitatur 1^o. *An aliis in locis quam Neapoli, incurrat eam qui ordinatur cum patrimonio ficto?*

Prima sententia, quam tenent Escobar^a cum Toledo et Avila; item Palaus, Diana, Gobat, etc., apud Potestà^b, negat. — Quia Tridentinum innovavit poenam suspensionis, sed sub clausula: *nisi prius legitime constet eum beneficium sive patrimonium pacifice possidere*. Dicunt autem quod quando quis ordinatur cum

¹ *Tr. 8*, cap. 6, n. 75. — *Sanct.*, Consil., loc. cit., n. 12. —

² *Ap. Salmant.*, loc. cit. — *Navar.*, de *Horis canon.*, cap. 21, n. 11; et lib. 1, consil. 14, de temp. ordin. — *Man. Rodriguez*, *Sum.*, part. 2, cap. 15, n. 6. — ³ *De Sacr. Ordin.*, qu. 7, art. 4, n. 6, v. *Nihilominus*. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 48, n. 16. — *Avila*, part. 3, disp. 5, dub. 5, concl. 1. — *Palaus*, tr. 27, punct. 12, n. 6. — *Diana*, part. 2, tr. 16, resol. 5; part. 5, tr. 10, resol. 50. — *Gobat*, tr. 8, n. 604. — ⁴ *Tom. 3*, n. 64. —

patrimonio factio, jam externe de ipso constat; ergo quamvis hic peccet in quantum facit testes jurare falsum, non incurrit tamen suspensionem.

Secunda sententia affirmat. Et posita tamquam vera sententia (ut supra, n. 820, v. *Secunda*), quod incurrit suspensionem ordinatus sine patrimonio, hanc sequendam censeo cum Sanchez^b, Suarez^c, Bonacina^d, Barbosa^e; et Salmant.^f, qui eam certam vocant^g cum Fagnano, Leandro, Bonacina, Ledesma, Rodriguez, Potestà^h. — Isti enim dicunt quod ordinatus cum patrimonio factio non solum peccat, testes mendaces adhibendo, et Ecclesiam decipiendio; sed incurrit suspensionem. Ratio, quia is qui ordinatur cum patrimonio factio, revera sine patrimonio ordinatur, juxta mentem concilii et canonum qui requirunt titulum, ne clericus cogatur emendicare; et ideo dixit concilium: *nisi prius legitime constet, etc.* Illud *legitime* significat etiam documenta tituli legitima esse debere. — Alia urget ratio, quia cum quis ordinatur sine patrimonio, tenetur episcopus ordinans eum alere; sed non tenetur si, ipso inscio, ordinatur ille cum patrimonio factio. Et sic decisum refert a S. Congregatione Benedictus XIVⁱ.

Idem dicendum merito putant Salmant.¹⁰ cum Navarro^e, Rodriguez, etc., si patrimonium constitutum fuerit in sola apparentia, quin translatum fuerit rei dominium in clericum; quia tunc idem esset ac si non esset constitutum.

⁵ *De Censur.*, disp. 31, sect. 1, susp. 7, n. 35. — ⁶ *De Ordin.*, punct. 5, num. 21. — ⁷ *De Off. et Potest. episc.*, alleg. 19, n. 57. — ⁸ *Tr. 8*, cap. 6, n. 78. — *Fagnano*, in cap. *Cum secundum*, de *praebend.*, a n. 66. — *Leand.*, tr. 6, disp. 9, qu. 4, n. 6, v. *Nihilominus*. — *Tolet.*, lib. 1, cap. 48, n. 16. — *Avila*, part. 3, disp. 5, dub. 5, concl. 1. — *Palaus*, tr. 27, punct. 12, n. 6. — *Diana*, part. 2, tr. 16, resol. 5; part. 5, tr. 10, resol. 50. — *Gobat*, tr. 8, n. 604. — ⁹ *Tom. 3*, n. 65. — ¹⁰ *Loc. cit.*, n. 78 et 79. — *Rodrig.*, loc. cit., cap. 15, n. 5.

plius viget haec suspensio; sicut neque ea de qua tractat S. Alphonsus n. 821, 822 et 823.

821. — a) Escobar, uti nota a, num. superiori jam notatum est, probable quidem existimat, sed oppositum putat probabilius.

b) Sanchez, *de Matr.*, lib. 6, disp. 32, n. 8, loquitur de ea fictione quae consistit in anta pocha aut fide restituendi patrimonium post susceptos ordines.

c) Clarius: Ipsi Salmant. putant certam. Auctores vero citati, vel absolute eam tenent,

vel saltem (ut Leander) uti probabiliorem habent.

d) Apud Benedictum XIV, *Notif. 26*, n. 16, S. C. declaravit obligationem alendi ordinatum renovatam esse a Tridentino solummodo in eum qui ordines contulerit, non autem suspensionem nisi forte ordinatus dolii conscientis ante fuerit et ordinatore ipsum decepit.

e) Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 158, haec habet, ut notant Salmant. n. 79, de eo qui ordinatur cum patrimonio vel alimentis pro-

822. — Dubitatur 2º. *An incurrat suspensionem qui ordinatur cum patrimonio donato, sed data antapoca vel fide de redendo illud donanti post ordinationem?*

Contra ordinatoscum patrimonio donato cum antapoca.

— Dicitur: *post ordinationem*. Nam si renuntiatio ante eam fieret, certum est renuntiationem esse validam: et tunc sine dubio (juxta eamdem secundam sententiam, allatam n. 820) ordinatus suspensionem incurreret; ut bene notat Bonacina¹.

Dubium igitur est, si pactum sit de restituendo patrimonio *post ordinationem*.

Prima sententia dicit non teneri clericum tale pactum exsequi, et ideo non incurrire suspensionem². Hanc sententiam tenent Diana³ cum Petro Ledesma et Villalobos; ac Escobar⁴ cum Sa et Leandro. — Ratio: tum quia eo casu episcopus acquirit jus supra patrimonium illud, cum alias ipse teneretur alere ordinatum; tum quia in Tridentino⁵ dicitur quod titulus ordinationis (sive sit patrimonium, sive beneficium, sive pensio) *sine licentia episcopi alienari aut extingui vel remitti nullatenus possit*. Ergo pactum illud, cum sit contrarium dispositioni concilii, tamquam turpe rejicitur; et ideo cum clericus ille sit vero titulo ordinatus, suspensionem non incurrit.

Secunda autem sententia dicit clericum teneri patrimonium restituere, et suspensionem incurrire; eamque tenent Avila, Corduba, Lopez et de la Cruz⁶, apud Diana⁵. — Ratio, quia tale pactum, esto sit illicitum, non tamen reprobatur in jure; unde clericus sic ordinatus tene-

tur in conscientia reddere patrimonium cum ea conditione donatum.

Sed omnino distinguendum cum Pala⁶, et dicendum quod:

Si donans *verum habuerit animum donandi*, tunc, licet clericus peccaverit acceptando donationem sub tali pacto, post tamen ordinationem non tenetur patrimonium restituere: propter rationem supra a prima sententia allatam, quia pactum rejicitur, utpote oppositum Tridentino, prohibenti alienationem patrimonii sine licentia episcopi; et ideo suspensionem non incurrit. — Ita sentiunt (praeter auctores ibi citatos) Toletus⁷; et Barbosa⁸ cum Garcia, Manuele et aliis. Et sic declaravit S. Congregatio, die 6 Martii 1638 (apud Benedictum XIV⁹), dicens: *Sacra Congregatio censuit eum qui de facto alienarit patrimonium ad cuius titulum fuerat ordinatus, nulla facta mentione quod ad illius titulum promotus fuisset, in censuras non incidisse; sed alienationem... factam, esse ipso jure nullam*. Et sic pariter S. Congregatio pluries declaravit (ut refert Pater Zaccaria apud Croix¹⁰) omnem permutationem, hypothecationem aut fidejussionem patrimonii seu tituli, sine licentia episcopi esse invalidam, etiam si ordinandus habeat unde vivat.

Si vero donans *non habuerit veram intentionem donandi*, tunc quidem ordinatus tenetur patrimonium restituere; quia tunc nunquam acquisivit illius dominium, cum illa non fuerit vera donatio, sed fictio donationis: ac propterea talis suspensionem incurrit. Ita Navarrus¹¹,

¹ De Ordin., punct. 5, n. 23. — ² Part. 3, tr. 4, resol. 184. — ³ Petr. Ledesm., de Ordin., cap. 7, concl. 6, dub. 3. — ⁴ Vill., part. 1, tr. 11, diff. 15, n. 10. — ⁵ Lib. 28, n. 368 et 369. — ⁶ S. v. Ordo, num. 26. — ⁷ Leand., tract. 6, disp. 9, qu. 5. — ⁸ Sess. 21, de reform., cap. 2. — ⁹ Avila, part. 3, disp. 5, dub. 5, concl. 3. — ¹⁰ Cordub., Sum., qu. 32. — ¹¹ Ludov. Lopez, de Contract., lib. 2, cap. 45, v. *Jam quaedam*; et Instruct.

missis vel donatis ab aliquo, pactus antequam ordinaretur, se non petiturum postquam ordinatus fuerit».

822. — ^{a)} Quidam auctores hic citati loquuntur solum de obligatione restituendi, non vero de suspensione. Et sunt: in prima sententia, Villalobos; in secunda, Avila; et in tertia, quae distinguit, Palaus.

^{b)} Joannes de la Cruz, *Director.*, de Sacr. Ordin., dub. 6, i. f., videtur hanc sententiam

tenere, eo quod eam secundo loco ponit ejusque probationes afferit.

^{c)} Toletus, lib. 1, cap. 48, n. 6, non loquitur de casu praesenti; saltem non distinguit utrum donatio vera sit necne.

^{d)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 158, ait: «Suspeditur qui ordinatur cum patrimonio vel alimentis promissis vel donatis ab aliquo, pactus antequam ordinaretur se non petiturum postquam ordinatus fuerit».

Bonacina¹ (qui id ut certum habet); Sanchez² cum Majolo³, Medina⁴, etc.; Roncaglia⁵ cum Tamburinio⁶; et Salmant.⁷

cum Philiberto⁸, Gabriele⁹, etc.; item Machado¹⁰, Garcia, Torreblanca, Lopez¹¹, etc., apud Escobar¹². — Neque huic obstat Tridentinum: quia concilium, prohibendo alienationem patrimonii, loquitur de clericis qui illud vere adepti sunt; ut patet ex ipsis verbis: *patrimonium vero vel pensionem obtinentes*. Neque episcopus ullum jus acquirit super re ficte donata; dum episcopus ordinans bona fide ad nihil tenetur, ut recte ait Sanchez¹³ cum Navarro et Decio¹⁴. — Advertendum tamen hic quod, esto clericus teneatur eo casu in conscientia reddere patrimonium ante judicis sententiam; attamen donans (ut bene etiam ajunt idem Sanchez¹⁵ cum Corduba, et Salmant.¹⁶ cum communis) in foro externo nullam habet actionem contra clericum ad repetendam rem donatam; imo meretur illa spoliari in poenam sui criminis. Quapropter videtur talis clericus, si statim sit petiturus in judicio rem sibi adjudicari, posse interim rem retinere (licet suspensionem jam contraxerit), juxta dicta Lib. III, n. 890. Et Monacelli¹⁷ refert ita decisum fuisse per S. C. Episcoporum, nempe ficte donantem teneri

¹ De Ordin., punct. 5, num. 26. — ² De Matr., lib. 6, disp. 82, num. 8. — ³ De Ordin., cap. 4, qu. 3, resp. 1. — ⁴ Tr. 8, cap. 6, n. 78 et 82. — ⁵ Garcia, part. 2, cap. 5, n. 152. — ⁶ Torrebl., lib. 2, cap. 18, n. 30. — ⁷ Lib. 23, n. 367. — ⁸ Loc. cit., n. 8. — ⁹ Navar., consil. 14, n. 3, de tempor. ordin. — ¹⁰ Corduba, Sum., qu. 32. — ¹¹ Loc. cit., n. 82. — ¹² Formular., part. 1, tit. 3, formul. 18, n. 4. — ¹³ Tom. 3, n. 77. — ¹⁴ De Ordin., punct. 5, n. 25. — ¹⁵ Navar., consil. 21,

¹⁶ Majolus, lib. 4, cap. 15, dicit tantum ordinatum sine titulo non recipere ordinis executionem. — Barthol. Medina, Sum., lib. 1, cap. 11, § 8, melius citatur a Sanchez; dicit enim in suspensionem incurrire illum qui ordinatur titulo patrimonii facti.

¹⁷ Tamburinius, lib. 7, cap. 6, § 4, n. 12; Philibert. Marchinus, tr. 2, part. 6, cap. 7, diff. 5; Gabriel a S. Vinc., disp. 2, qu. 4, n. 42, dicunt dumtaxat hunc teneri ad restitutionem; sed Tamburinius, n. 6 et 10; Gabriel, n. 41; Philibertus, loc. cit., negant suspensionem incurri propter titulum fictum aut nullum.

¹⁸ Machado, tom. 2, lib. 4, part. 1, tr. 7, docum. 9, n. 3, non satis recte citatur ab Escobar; loquitur enim de casu quo ordinatus cum ordinatore pactus fuerit se non petiturum ab eo alimenta.

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. III.

liberum derelinquere patrimonium ordinato.

823. — Dubitatur 3º. *An suspensionem incurrat qui post diaconatum vel subdiaconatum susceptum cum patrimonio vere donato, illud donanti renuntiat (sine ullo praevio pacto), et deinde sacerdos ordinatur, occultando renuntiationem?*

Affirmat Potestas¹. — Sed verius negant Bonacina² cum Navarro, Henriquez, Avila, Sayro, Molina³, etc.; et Salmant.⁴ cum Sanchez, Diana et Philiberto. Ratio, quia talis renuntiatio est omnino nulla, ut supra vidimus; unde talis sacerdos dicitur cum vero titulo ordinatus: poena autem canonum per Tridentinum innovata non imponitur eis qui patrimonium alienant, sed qui sine eo ordinantur. Nec obstat quod talis ordinatus de facto non percipiat fructus patrimonii; nam sufficit quod ipse possit fructus percipere, si velet. Idque confirmatur ex decreto S. C. supra citato, num. praeced.

824. — Dubitatur 4º. *An clericus possit renuntiare patrimonium sine licentia episcopi, si habeat aliunde sustentationem?*

— Adsunt tres sententiae:

Prima sententia affirmit: quam tenent Azor⁵, Palaus⁶ cum Stephano Gratiano⁷, Flaminio et communiori (ut asserit); item

Quid de renuntiante patrimonio ipsum donanti.

Si clericus aliunde habeat sustentationem:

¹ Ludovicus Lopez, *Instruct.*, part. 2, cap. 90; et *Instruct.* nov., part. 1, cap. 240, v. *Ultimo responsuri*, supponit donationem fuisse veram.

² Decius, in cap. Episcopus, *de praebend.*

³ n. 24, favet huic sententiae, negando episcopum teneri providere ordinato qui se divitem finxit, «quum episcopus non fuerit in culpa».

⁴ Sanchez, loc. cit., n. 8, requirit judicis sententiam.

⁵ Molina, *de Just. et Jure*, tr. 2, disp. 238, n. 15, dicit tantum in generali invalidam esse patrimonii alienationem, nisi prius clericus ad quem spectat, beneficium obtineat ecclesiasticum.

⁶ Stephanus Gratianus, *Discept.* forens., cap. 159, n. 14: «Si clericus, inquit, haberet aliunde congruum sustentationem,

Juxta alios,
potest re-
nuntiatio-
nem
fieri sine li-
centia epi-
scopi.

Garcia et Molfesius^{b)}, apud Salmant.¹⁾ et probabilem putant Tamburinius²⁾, Diana³⁾; et Barbosa⁴⁾ cum Menochio^{c)}, Surdo^{c)}, Caevallos et Chassenaeo^{c)}; et expresse huic sententiae consentiunt Sanchez⁵⁾ et Viva⁶⁾. — Eam probant ex Tridentino⁷⁾, ubi dicitur: *Atque illa* (nempe patrimonia, beneficia, etc.), *deinceps sine licentia epi- scopi alienari... nullatenus possint, donec beneficium... sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint.* Si igitur (ajunt) non potest clericus sine licentia episcopi alienare patrimonium, donec aliunde habeat unde vivat; ergo bene potest, si habet unde vivat, etiam sine licentia episcopi. Qui caeterum in aliquo casu, puta ad redimendos parentes captivos, et simili, potest dare licentiam alienandi patrimonium, quamvis clericus non habeat unde vivat.

Secunda sententia, quam tenent Ledesma et alii apud Viva⁸⁾, dicit talem alienationem esse illicitam, sed non invalidam. Imo Suarez^{d)} dicit esse validam, etiamsi clericus non habeat unde vivat.

Garcia, part. 2, cap. 5, n. 186. — ¹⁾ Tr. 8, cap. 6, n. 84. — ²⁾ Lib. 7, de Ordin., cap. 6, § 4, n. 19. — ³⁾ Part. 9, tr. 8, resol. 23. — ⁴⁾ De Off. et Pot. episc., alleg. 19, n. 89 et 90. — ⁵⁾ Caevallos, Commun. quaest. 527, n. 8; et qu. 561, n. 22 et 30. — ⁶⁾ Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 38, et dub. 43, n. 2. — ⁷⁾ De Ordin., qu. 7, art. 4, n. 6. v. *Circa*. — ⁸⁾ Sess. 21, de reform., cap. 2, i. f. — *Petr. Ledesm.*, de Ordin., cap. 7,

Tertia vero sententia, quam tenent Croix^{e)}; Barbosa⁹⁾ cum Quintanadvenas, Campanile^{f)} et Ugolino; Escobar¹⁰⁾ cum Marchino^{f)}, Cenedo^{g)}, etc.; ac Salmant.¹¹⁾ cum Vasquez^{h)}, Philiberto^{f)} et Leandro, dicit hujusmodi alienationem esse invalidam et illicitam. — Ratio: tum quia, si clericus non habet aliunde sustentationem, nec etiam episcopus (ordinarie loquendo, ut intelligentum est concilium) potest licentiam alienandi concedere: hoc enim significat particula illa *donec*, nempe quod episcopus tum solum licentiam dare potest, cum clericus habet unde vivat. Tum quia patrimonium connumeratur inter bona ecclesiastica, et gaudet eodem privilegio, ita ut nequeat a principe saeculari subjici collectis; prout habetur in cap. *Quamquam, de censib. in 6°*. Ergo tale patrimonium sine licentia episcopi est inalienabile.

Et huic tertiae sententiae mihi magis lubet adhaerere, ob decretum S. Congregationis, quae, die 14 Febr. 1652, (apud Benedictum XIV¹²⁾) sic respondit: *Renun-*

Juxta alios,
invalida et
illicita.

S. Doctor
adhaeret
huic tertiae
opinioni.

permitteretur alienatio, quasi cesseret ratio concilii... Ita ut remittatur arbitrio Ordinarii quae dicatur congrua sustentatio pro non invalidanda alienatione^{a)}.

^{b)} Molfesius, *Sum.*, part. 1, tr. 2, cap. 18, n. 31, dicit utique hujusmodi renuntiationem fieri posse, «quamvis, addit, ad majorem cautelam, ne aliqua adsit fraus vel deceptio, debeat intervenire consensus episcopi».

^{c)} Menochius, *consil. 151*, n. 49; Surdus, *consil. 186*, n. 15 et 16; Chassenaeus, *Con- suetud. Burgundiae*, rubr. 6, § 5, text. Et a parte separati, n. 8, explicant generaliter particulam *donec*, et eo quidem sensu, ut huic sententiae plane faveat.

^{d)} Suarez, *de Censur.*, disp. 31, sect. 1, susp. 7, n. 38, v. *Hic vero*, insinuat esse validam, dicens verba concilii, quae vetant patrimonii alienationem, donec ordinatus habeat unde vivere queat, prohibativa esse tantum, non irritantia.

^{e)} Croix, lib. 6, part. 2, n. 2286, negat quidem posse fieri; sed non explicat utrum id intelligat de validitate, an de sola liceitate.

^{f)} Campanile, rubr. 8, cap. 6, n. 9, loquitur de sola validitate, ut et ipse Barbosa, qui eum citat. — Philibertus Marchinus, tr. 2, part. 6, cap. 7, diff. 9, de sola item validitate loquitur, quidquid dicant Escobar et Salmant.

^{g)} Cenedo non recte citatur ab Escobar; nam *Quaest. pract.*, qu. 11, n. 9, expresse negat alienationem hanc esse irritam, et perspicue innuit esse etiam licitam: «Minime irritam censeri, inquit, praefatam patrimonii alienationem absque Ordinarii licentia factam, si ipse alienans tempore alienationis habeat congruam sustentationem... Cum constitutatur regula in sacro concilio Tridentino quod bona ad cuius [sic] titulum clericus ordinatur non possint alienari sine licentia episcopi, et postea sequatur limitatio: donec sufficiens beneficium ecclesiasticum sint adepti, sequitur quod in hoc casu non requiritur praedicta licentia, imo ab ipso concilio permittitur».

^{h)} Vasquez, disp. 246, cap. 6, n. 60, negat tantum posse fieri: non ergo satis diligenter citatur a Salmant.

tiationem patrimonii, ad cuius titulum clericus simpliciter sacris ordinibus fuit initiatus, absque licentia episcopi factam, non sustineri, etiam post assecutionem beneficii ad ejus vitam sustentandam sufficientis.

Adverte hic aliud decretum emanatum

a S. C. Concilii 15 Febr. 1604, ubi decus sum fuit non esse vetitum clericis hypothecare patrimonium, quoad eam tamen partem fructuum quae supersit ad ejus sustentationem, non laute, sed tenuiter vivendo, juxta judicis ecclesiastici arbitratum.

§ III.

De obligatione deferendi Habitum et Tonsuram.

825. *Qu. 1. An peccent graviter clerici non deferentes habitum.* — 826. *Qu. 2. An, non deferen- tes tonsuram.* — 827. *Quando isti, ob habitum et tonsuram dimissam, amittant privilegium fori et canonis.* — 828. *Ad quid teneantur sacerdotes vi obedientiae quam promittunti episcopo.* — *An possint religionem ingredi episcopo contradicente.* — 829. *Quae obligatio sit de Missis et precibus quae ab episcopo imponuntur ordinatis.* — 830. *De statutis in concordato nostri regni.*

825. — Patet ex universo jure canonico, clericos teneri deferre habitum et tonsuram clericalem; unde ex Tridentino^{a)} possunt suspendi habitum et tonsuram non deferentes.

Sed quaeritur 1^o. *An peccet mortaliter clericus qui habitum non deferat?*

Affirmat Panormitanus (apud Palaum¹⁾), etiamsi ille sit tantum in minoribus constitutus; et probat ex *cap. penult.*, *de vita et honest. clericor.* Alii, ut Salmant., dicunt hunc non peccare graviter (ut revera sentit communis sententia); sed non excusari a culpa veniali, eo quod ipsi quoque tenentur suo statui se conformare.

Alii vero communius dicunt hujusmodi clericum nullam habere obligacionem deferendi habitum: ita Escobar²⁾, Navarrus³⁾, Holzmann⁴⁾; et Palaus⁵⁾ cum Armilla^{b)}, Silvestro^{b)}, Soto^{b)} et Angelo^{b)}. Et huic opinioni favet constitutio Sixti V *Pastoralis*, edita die 31 Januar. 1589, ubi declaratum fuit habitum clericalem non teneri deferre clericos non recipientes pensionem, fructus aut bona ecclesiastica,

S. C. Conc., cfr. Pallottini, loc. cit., num. 123. — *Abb. Panorm.*, in *cap. Clerici 15*, *de vita et honest. clericor.* — ¹⁾ Tr. 27, punct. 18, num. 8. — *Salmant.*, tract. 8, cap. 8, num. 8. — ²⁾ Lib. 23, n. 488. — ³⁾ Man., cap. 25, n. 110. — ⁴⁾ De Sacr. Ordin., n. 103, v. *Tertia*. — ⁵⁾ Loc. cit., num. 3.

Clerici be-
neficiati vel
in sacris te-
nentur sub
gravi per
se.

825. — ^{a)} Tridentinum, sess. 14, *de reform.*, cap. 6, dicit suspensionem imponi posse illis personis ecclesiasticis, «quae aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia aut beneficia qualiacumque ecclesiastica obtinuerint».

^{b)} Armilla, v. *Clericus*, n. 11, negat esse mortale; Silvester, v. *Clericus II*, n. 2; Sotus, in 4, dist. 24, qu. 2, art. 1, post concl. 2; Angelus, v. *Clericus IV*, n. 1 et 2, negant clericum teneri ad deferendam tonsuram.

ac fructibus..., necnon, si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum et beneficiorum... coerceri... debeant. — Et hic insuper notandum quod Sixtus V, in bulla *Cum sacrosanctam*, edita die 9 Januar. 1589 (apud Barbosa¹) declaravit beneficiarios non deferentes habitum in Urbe^c, mandatisque super his editis sub certo termino non obedientes, praeter alias poenas, ipso facto sine ulla alia monitione privatos esse quibuscumque dignitatibus, administratioibus, officiis, canoniciis, praebendis, beneficiis et praestimoniis.

Dicit autem Cajetanus² tales non peccare mortaliter, nisi adsit contumacia aut contemptus. Et adhaerent Escobar³ et Gobat⁴, dicentes non esse mortale, nisi sit periculum causandi contemptum. — Sed oppositum omnino tenendum; quia ex concilio patet ipsam delationem habitus laicalis esse parvipensionem honoris clericalis. Ita communiter Sanchez⁵, Renzi⁶, Laymann⁷ cum Armilla, Silvestro⁸ et

Vasquez; Palaus⁹ cum Villalobos^e; Salmant.^c cum Bañez^e et Ledesma^e; Barbosa^g cum Abbate^f et Henriquez^f; Escobar^g cum Reginaldo et Hurtado^g; ac Bonacina¹⁰ cum Rodriguez^e et communi.

Limitant vero 1º. omnes praefati autores, et quidem probabilissime, si id fiat ad breve tempus: nisi (ajunt Salmant.¹¹ cum Bañez) quis habitum dimitteret vel occultaret ut alios deciperet, vel ut libere per plateas deambularet, vel ut aliquod malum committeret. Et sic pariter probant Diana¹² et Burghaber¹³ non excusari a mortali clericum, qui in bacchanalibus excurreret per urbem larvatus. — Limitant 2º. Holzmann¹⁴, et Palaus¹⁵, Laymann¹⁶ ac Salmant.¹⁷, si adsit aliqua justa causa se occultandi, nempe ad vitandum periculum mortis vel damni gravis.

826. — Quaeritur 2º. *An peccent graviter clerici non deferentes tonsuram sive coronam* (licet corona revera differat a tonsura^a: sed doctores confundunt)?

¹ In Trid., sess. 14, de reform., cap. 6, n. 4. — ² Sum., v. Clericorum peccata. — ³ Lib. 23, n. 491. — ⁴ Tr. 8, n. 769. — ⁵ Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 49, n. 11 et 13. — ⁶ De Ordin., cap. 2, qu. 5, v. f. — ⁷ Lib. 5, tr. 9, cap. 12, n. 3. — ⁸ Armilla, v. Clericus, n. 11. — ⁹ Vasq., disp. 250, cap. 3, n. 22. — ¹⁰ Tr. 27, punct. 18, n. 3. — ¹¹ De Offic. et Potest. episc., alleg. 9, n. 11. —

^c Quamvis Barbosa referat eam bullam solum quoad clericos in Urbe commorantes, valet tamen pro clericis « ubilibet gentium, locorum constitutis ».

^d Silvester, v. Clericus II, n. 2, loquitur de ueste parva, quam publice deferre et sine causa rationali, ait esse mortale.

^e Villalobos, part. 1, tr. 11, diff. 16, n. 5, id sane dicit; sed pro beneficiatis requirit ad mortale ut beneficium sit pingue; pro clericis in sacris requirit ut nullum omnino signum status clericalis deferatur. — Salmant., tr. 8, cap. 3, n. 7, idem tenet ac Villalobos pro beneficiatis; Bañez autem, in 2am 2ae, qu. 12, art. 1, concl. 3 et 4; Petrus Ledesma, Sum., de Ordin., cap. 9, concl. 1, i. f., et concl. 2, solut. dub.; Rodriguez, Sum., part. 2, cap. 17, n. 3 et 4, pro constitutis in sacris, ad mortale requirunt ut nullum omnino signum status clericalis deferant.

^f Abbas videtur revera concordare; nam in cap. Clerici, n. 1, dicit caput istud praecipere ut clericis abstineant a vestibus et habitu minus honesto, et utantur habitu honesto; et addit constitutionem utentem verbis praecipitis obligare ad mortale. — Henriquez vero,

lib. 13, cap. 39, n. 3, concordare videtur; sed tractat de clero ferente uestes coloribus distinctas; atvero, lib. 10, cap. 11, n. 1, mitius de praesenti casu loquitur, scribens: « Si quis tamen habitum aut tonsuram non ferret, non videtur arguendus peccati mortalis...., quia consuetudo generale praeceptum juris sub excommunicatione praecihiens ita moderatur, ut hic excommunicandus non sit absque nova judicis praemonitione ».

^g Escobar, loc. cit., n. 491, ut S. Alphonsus supra notavit, negat esse mortale, « nisi quando mora temporis... est adeo notabilis, ut detur occasio vilipendendi clericalem statum ». — Eamdemque prorsus sententiam amplectitur Gaspar Hurtadus, de Ordin., diffic. 27, versus finem.

826. — ^a Corona enim gestatur in vertice capitis, abrasio in modum circuli capillis. Tonsura autem, quamvis, ut dicit S. Alphonsus, saepe cum corona confundatur, proprie significat comam modeste praecisam seu brevem, quam clericis deferre tenentur, ut praecipiatur in cap. 4, 5 et 7, de vita et honest. clericor. Cfr. Aertnys, Theol. mor., edit. 6, lib. 5, n. 36, sub. 2º et 3º.

Limitatio-
nes.

Quid de
obligatione
tonsuram
defерendi.

Alii, ut Panormitanus, Sotus^b, Silvester^b, etc., apud Tamburinium¹, affirmant de omnibus clericis; ex cap. Clerici 15, de vita et honest. clericor., ubi dicitur: *Coronam et tonsuram habeant congruentem*. — Alii, ut ipse Tamburinius cum Marchino; Palaus^c, et Renzi² cum Henriquez^d, dicunt hoc, secluso contemptu, non esse peccatum mortale, etiam in beneficiatis et clericis in sacris constitutis; quia (ut ajunt) ex nullo texu arguitur esse de hoc grave praeceptum.

Alii tamen, ut Sanchez³, Laymann⁴, Escobar^e; et Vasquez, Leander ac Hurtadus^f, apud eundem Tamburinium⁵, dicunt clericos in sacris constitutos et beneficiatos graviter peccare, si tonsuram seu coronam non deferant. — Idque confirmari, potest alicui videri, ex concilio Lateranensi sub Leone X⁶, apud Merbesium^f, ubi sic habetur: *Clerici in sacris constituti barbam nec comam nutriant, sed tonsuram ferant; si quis contra fecerit excommunicationem incurrat*. Sed huic responderi posset quod hoc concilium praecipiendo tonsuram non est loquutum proprie de corona, sed potius de abrasione corae, innovando canones conciliorum Romanorum sub Zacharia Papa et Gregorio II (apud eundem Merbesium⁷), ubi dicebatur: *Si quis ex clericis relaxaverit comam, anathema sit*. — Unde saltem non est certum quod excommuni-

¹ Abb. Panorm., in cap. Si quis 4, de vita et honest. cleric., n. 1. — ² Lib. 7, de Ordin., cap. 2, § 6, n. 16. — ³ Tambur., loc. cit., n. 16 et 17. — ⁴ Marchin., tr. 2, part. 1, cap. 6, n. 3. — ⁵ De Ordin., cap. 2, qu. 5. — ⁶ Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 49, a num. 11. — ⁷ Lib. 5, tr. 9, cap. 12, num. 3. — ⁸ Vasq., disp. 250, cap. 3, n. 23. — ⁹ Leand., disp. 18, qu. 34

^b Sotus, in 4, dist. 24, qu. 2, art. 1, post concl. 2; Silvester, v. Clericus II, n. 2, quidquid dicat Tamburinius (ex Marchino), negant omnes clericos teneri ad deferendam tonsuram.

^c Palaus, tr. 27, punct. 18, n. 3, negat esse mortale, nisi ratione circumstantiarum graviter honestatem offendat, cedatque in aliorum scandalum.

^d Henriquez, lib. 10, cap. 11, n. 1, simpliciter negat esse mortale, pro clericis in sacris, non loquens de contemptu.

^e De Escobar et Hurtado, vide notam g ad num. praeced.

^f Merbesius, de Sacr. Ord., qu. 15, ita sane refert concilium Lateran. Sed tum apud

catio fuerit imposita in non deferentes coronam. Et etiam quoad comam deferentes, hodie propter usum plurimorum, adhuc Romae degentium (modo coma sit moderata), non videtur poena illa excommunicationis vigere.

Caeterum, quod ad qualitatem peccati pertinet, Laymann⁸ et Escobar⁹ par modo loquuntur de non deferente coronam ac de non deferente habitum. — Probabiliter tamen ait Croix¹⁰ facilius mortaliter peccari non deferendo habitum quam coronam; quis enim (dicit) arguet sacerdotem de mortali, si per sex vel octo hebdomadas coronam non deferat, etiam si nullum de ea vestigium apparcat?

827. — Plura autem hic sunt notanda pro complemento hujus materiae.

Notandum Iº. Quod clericus non defers habitum et tonsuram, si tertio admontus ab episcopo non emendatur, amittit privilegium, non solum fori, sed etiam canonis, ex cap. Contingit 45, de sent. excom.^a. — Idemque dicitur de clericis se immisce in negotiationibus saecularibus, omissis divinis Officiis, ex cap. Ex literis 16, de vita et honest. clericor. — Idem, de gestante arma militaria in habitu laicali, si post tertiam monitionem clericalem non resumat. Quod si talis clericus armis militaribus induitus, insuper enormitates committat, privatur privilegio canonis^b,

^a Non defens tonsuram et habitum, tertio admontus, amittit privilegium fori et canonis.

^b Quid de gestante ar-
ma.

et 35. — ⁸ Loc. cit., num. 16. — ⁹ Sess. 9, bull. reform. Supernae dispositionis, § De Cardinalibus, v. Reliqui vero clerici; an. 1514 celebr., ap. Labbe, tom. 19, col. 879. — ¹⁰ De Sacr. Ordin., qu. 15. Cfr. Decr. Gratiani, dist. 23, can. 23. — ⁸ Lib. 5, tr. 9, cap. 12, num. 3. — ⁹ Lib. 23, num. 488. — ¹⁰ Lib. 4, n. 1372.

Labbe, tum in Bullario Romano, concilium istud, loquens de familiaribus cardinalium dicit: « Tam ipsi clerici beneficiati quam in sacris ordinibus constituti, non comam neque barbam nutritant [al. in Bullar. Rom. Mainardi, § 24]: « comam aut barbam non nutritant ». Si quis autem familiarium praedictorum contra fecerit..., in excommunicationem incurrat ».

827. — ^a Cap. Contingit, de sent. excom; et cap. Ex literis fin., de vita et honest. clericor., videntur loqui de solo privilegio fori. Sed, ut notat Fagnanus in dict. cap. Contingit, n. 10: « Idem juris est privilegio canonis, quod non perdit clericus gerens se pro laico ante trinam monitionem ».

^b Id est: privatur privilegio canonis, prout

ut habetur ex can. *Si quis suadente, caus. 17, qu. 4.*

Dubitatur autem: *an hic amittat ipso facto etiam privilegium fori?*

Affirmant aliqui apud Fagnanum¹. — Sed ipse Fagnanus cum Alexandro, Joanne Andrea et Petro de Anchiarano, etc., dicit, et probat ex pluribus juribus non amittere privilegium fori, nisi post trinam monitionem. Hoc tamen intelligitur de *beneficiatis* et constitutis in *sacris*; nam:

Quid de clericis in minoribus constitutis.

De clero in *minoribus* statutum est in Tridentino² quod *Is... fori privilegio non gaudeat, nisi... clericalem habitum et tonsuram deferens, alicui ecclesiae ex mandato episcopi inserviat, vel in seminario..., aut in aliqua schola... de licentia episcopi..., versetur.* — Dicunt autem hic Salmant.³ cum Farinacio et Philiberto, quod particula illa et valet pro *vel*. Sed probabilius tenent oppositum Palaus⁴; et Barbosa⁵ cum Riccio, Armendariz et Belletto, dicentes quod clericus in *minoribus*, ut gaudet privilegio fori, tenetur deferre simul habitum et tonsuram, et ecclesiae deservire. — Sufficit vero quod inserviat alicui ecclesiae, etiamsi non sit illa cui de mandato episcopi fuerit adscriptus; ut declaravit S. Congregatio, die 25 Januar. anni 1603 (apud Benedictum XIV⁶). Idque tanto magis currit, si nulli ecclesiae sit adscriptus; ex alio decreto (*ibidem*), edito 1 Febr. 1614.

Pro his autem minoristis non deferentibus habitum et tonsuram, nulla praexigitur monitio, ut priventur privilegio fori; prout docent Benedictus XIV⁷ et Fagnanus⁸. — Diximus: *privilegio fori*. Nam

¹ In cap. *Contingit* 45, de sent. excom., n. 14. — ² In cap. *Contingit* 45, de sent. excom., n. 14. — ³ *Fagnan.*, loc. cit. — *Alex. ab Imola*, lib. 1, consil. 8, n. 2. — *Joan. Andri.*, in cap. *Perpendimus*, de sent. excom., n. 5. — *Petr. de Anchiar.*, in cap. *Praeterea*, de apostat., num. 2, v. *Si vero reliquit.* — ⁴ *Sess. 23*, de reform., cap. 6. — ⁵ Tr. 8, cap. 7, num. 64. — *Farinac.*, *Prax. crim.*, qu. 8, n. 65. — *Philib.*, tr. 2, part. 1, cap. 15, diff. 4. — ⁶ Tr. 12, punct. 2, n. 7. — ⁷ In *Trid.*, sess. 23, cap. 6, n. 21; et de *Offic.* et *Potest. episc.*, alleg. 12, n. 19. — *Ricci.*, *Decis. cur.* archiep. Neapol., part. 4, decis. 154, n. 8. — *Armendar.*, *Addit. ad Recopil. legum Navar.*, lib. 2, tit. 19, leg. 1, de *foco compet.* clericor., declar. 18. — *Bellet.*, *Disquisit. cleric.*,

secus dicendum de privilegio *canonis*; ut tenent Gonzalez, Garcia et Comitolus, apud eundem Benedictum⁹: qui testatur hanc fuisse constantem sententiam S. C. Concilii, afferens plures ejusdem decisiones, contra de Luca¹⁰.

Casu vero quo clericus hic, non adimplitis conditionibus Tridentini, commiserit aliquod crimen, licet ipse nequeat allegare privilegium fori, potest tamen episcopus eum sibi vindicare a judice saeculari; juxta decretum S. Congregationis, approbatum a Pontifice (ut refert Benedictus¹⁰).

Si tamen quis habitum dimissum reassumit, dummodo non sit in fraudem, ad pristina restituitur privilegia; ut docet idem Benedictus¹¹ cum communi doctorum, in *cap. unic.*, *de cleric. conjug.* in 6^o, et pluribus decretis S. Congregationis. Tunc autem praesumitur in fraudem reassumere, si in causa *criminali* jam sit in carcерem conjectus, aut dimissus sub fidejussione; ut Fagnanus¹² cum decreto Sacrae Congregationis¹³, et idem Benedictus¹⁴. In causa vero *civili*, si habitum reassumat, postquam fuerit citatus ad forum saeculare. Benedictus¹⁴, cum decreto S. C. edito die 30 Martii 1686.

Quid de clericis conjugatis.

Eodem privilegio fori gaudent clerici conjugati habitum vel tonsuram deferentes et alicui ecclesiae de mandato episcopi deservientes, si unam solam virginem duxerint ex *cap. 2 de foro comp.* Vide Salmant.¹⁵ — Sed notandum quod in *cap. ult.*, *de tempor. ordin.* in 6^o, prohibetur conjugatis conferri tonsura, nisi velint ipsi religionem profiteri vel sacros

part. 1, tit. 3, § 8, n. 8. — ⁸ *De Synodo*, lib. 12, cap. 6, n. 5. Cf. Pallottini, v. *Presbyteri simplices*, § 4, num. 21 et seqq. — ⁹ Loc. cit., lib. 12, cap. 2, n. 1. — ¹⁰ In cap. *Si quis*, de *foco compet.*, n. 21. — *Gonzal.*, sup. reg. 8 *Canceliar.*, gloss. 5, § 5, n. 7. — *Garcia*, part. 2, cap. 3, n. 5; et cap. 2, n. 19. — *Comitol.*, *Resp. mor.*, lib. 6, qu. 20. — ¹⁰ Loc. cit., n. 2. Cf. Pallottini, loc. cit., n. 49 et seqq. — ¹¹ Loc. cit., cap. 2, n. 4. — ¹² Loc. cit., cap. 3, n. 1. Cf. Pallottini, loc. cit., n. 42. — ¹³ In cap. *Magnus*, de obligat. ad ratiocinia, n. 73. — ¹⁴ Loc. cit., cap. 3, n. 1. — ¹⁵ Loc. cit., n. 2. — *Cap. 2 de foro comp.*; cfr. cap. *Clerici*, de cleric. conjug. in 6^o. — ¹⁶ Tr. 8, cap. 7, n. 69.

istud exponitur in can. *Si quis*, caus. 17, qu. 4; non vero intelligendum quod clericus illo canone privetur suo privilegio.

¹⁰ Cardinalis de Luca, tom. 14, Annotat.

ad *Concil. Trid.*, discurs. 24, n. 33 et seqq., tractat de aliis privilegiis.

¹¹ Seu rectius: Fagnanus ipse ita explicat declarationem S. Congregationis.

ordines suscipere: quod autem non licet eis sine uxoris licentia.

828. — Notandum II^o. Sacerdos in sua ordinatione promittit *obedientiam* episcopo. — *Hinc*

Quaeritur: *ad quid teneantur sacerdotes vi hujus obedientiae?*

Noster Summus Pont. Benedictus XIV in sua constitut. *Ex quo dilectus*, emanata die 14 Januar. anno 1747, sic explicat: *Agnoscimus presbyterum, hujusmodi promissionis vigore, ea lege inter alias adstrictum teneri, ut a servitio ecclesiae cui... addictus fuerit, discedere nequeat sine licentia episcopi*¹. Hoc tamen intelligentium, nisi presbyter, etiam parochus, velit transire ad aliquod monasterium vel regularem canoniam; ut habetur in can. *Duae sunt*, caus. 19, qu. 2. Tunc enim (ut ibi statuit Urbanus II) potest libere discedere, etiam contradicente episcopo.

— Poterit tamen episcopus (ut ait Papa Benedictus in praefata bulla) clericum suum revocare ex justis causis, etiam post professionem, nempe si ecclesia ex illius absentia gravem jacturam patetur; ut ibi dicit Innocentius IV (Vide dicta *Lib. IV*, n. 75, v. *Declarat*). Per rō autem jacturam intelligit Pontifex laesio nem sive damnum ecclesiae; dum afferit doctrinam Abbatis Panormitan, qui sic ait: *Sed si ecclesia graviter laedetur, esset revocandus*. Unde concludit idem Pontifex Benedictus: *Satis itaque provisum est etiam episcopo, qui factum clericis sui ad regularia claustra, se invito dicens, impugnare velit.*

Negat Lacroix⁴: eo quod petens Missam videtur requirere Missam cum omnibus caeremoniis et actionibus quae peraguntur a sacerdote in altari. — Sed aliter opinatur Benedictus XIV⁵, urgens exem-

¹ Epist. *Ex quo dilectus*, v. *De reverentia*. — *Innoc. IV*, in cap. *Licet*, de regulari, n. 3. — *Panorm.*, in cit. cap., num. 14. — ² *Lib. 6*, part. 2, num. 2319. — *Valent.*, in 2^o 2^o, disp. 6, qu. 2, punct. 10, § 2. — *Diana*, part. 4, tract. 4, resol. 218. — *Palaus*, tr. 7, disp. 2, punct. 1, § 1, num. 5. — *Pelliz.*, tr. 8, cap. 2, num. 194. — *Gobat*, tr. 3, num. 718; et tract. 8, num. 771. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 2319. — ³ *Tract. 5*, disp. 4, qu. 2, cap. 4, § 8, qu. 3. — ⁴ *Lib. 6*, part. 2, num. 2323. — ⁵ *De Sacrif. Miss.*, lib. 8, cap. 16, n. 10.

829. — *a)* Suarez, Lessius et Laymann a Croix citantur ex Aversa, *de Ordine*, qu. 2, sect. 13, i. f., tamquam patrocinantes huic opinioni; sed errat Aversa. Suarez enim, *de Relig.*, tr. 4, lib. 4, *de Horis canon.*, cap. 16, n. 15; et Lessius, *de Just. et Jure*, lib. 2, cap. 37, dub. 9, num. 46, negant generaliter clericos in *minoribus* constitutos teneri ad Officium B. M. V., vel ad psalmos poenitentiales aut graduales; et negant episcopum posse hoc onus perpetuum adjungere suaे ordinationi: « Secus vero esset (sunt verba Suarez); idemque

tenet Lessius), si tantum praeciperet ter vel quater haec recitare vel aliquid simile quod moderatum sit ». Non tamen dicunt episcopum sub gravi haec praecipere posse. — Laymann disertis verbis dicit esse levem obligationem; de eodem enim casu loquitur, *lib. 4*, tr. 1, cap. 4, n. 5, de quo tractant Suarez et Lessius, et scribit: « Porro levem aliquam obligationem, v. g. ter vel quater orandi psalmos poenitentiales, quod episcopum in ordinatione injungere possit fatentur omnes ». — *b)* Sotus, a Croix pariter ex Aversa cita-

Missae et preces in ordinatione impositae, sub decennia tantum.

Missae impositae, non applicande ad intentionem episcopi.

Neopresbyter pro Missa ordinationis potest accipere stipendium.

plum sacerdotum graecorum cum episcopo celebrantium, qui alias plerumque carere deberent eleemosyna.

Concordatum Neapolitanum de promovendis.

830. — Notandum IV^o. id quod habetur statutum anno 1741, circa ordinationem promovendorum, in concordato inito inter Sanctam Sedem et Majestatem nostri regnantis Caroli III (quem Deus sospitet), ubi sic habetur ^{a)}:

1º. Niuno potrà esser da ora innanzi promosso alla prima tonsura, se non che a titolo di benefizio o cappellania perpetua, le di cui rendite, detratti i pesi, ascendano almeno alla metà della tassa stabilita pel patrimonio sagro nella diocesi del promovendo.

2º. Giudicando qualche vescovo veramente utile o necessario alla chiesa conferir la prima tonsura a qualche giovine, benchè non abbia verun benefizio, potrà farlo; ma nel solo caso che abbia il medesimo una pensione ecclesiastica perpetua, della rendita che ascenda almeno alla metà della tassa stabilita pel patrimonio sagro nella sua diocesi, o l'intiero patrimonio: il quale, per evitare qualunque frode ed inganno, non potrà costituirsi da ora innanzi che unicamente sopra beni stabili o sopra annue rendite fisse, e dovrà regalarsi a tenore della tassa sinodale di ciascuna diocesi, purchè

Concord. Neapol., cap. 4.

tus, non loquitur de ordinatione; sed *de Just. et Jure, lib. 10, qu. 5, art. 3, concl. 1, v. f.*, negat generaliter clericos in minoribus constitutos teneri ulla legi vel consuetudine ad canticum graduum, et addit solum: « Neque episcopus potest ad hoc obligare ».

830 — ^{a)}Quae latine sic redduntur: « 1. Nullus in posterum ad primam tonsuram promoveri poterit nisi titulo beneficii aut capellaniae perpetuae, cuius redditus, deductis expensis, saltem ad dimidium summae quae in dioecesi promovendi pro patrimonio requiritur, pertingant. 2. Si quis episcopus vere utile vel ecclesiae necessarium judicaverit alicui juveni primam conferre tonsuram, id facere poterit quamvis nullum habeat beneficium, dummodo pensionem ecclesiasticam in perpetuum, cuius redditus saltem ad dimidium summae pro patrimonio in dioecesi requisitae pertingant, vel integrum patrimonium possideat. Ad vitandam autem omnem fraudem et deceptionem, patrimonium in futurum constituи non poterit nisi ex bonis stabilibus et redditibus annuis

non sia esso patrimonio nè in minor somma di ventiquattro ducati, nè in maggior di quaranta.

3º. Oltre al requisito del benefizio, cappellania perpetua o pensione ecclesiastica perpetua, nella maniera spiegata di sopra, o dell'intiero patrimonio, a niuno potrà conferirsi la prima tonsura, il quale, dopo aver terminati dieci anni di sua età, non sia andato a dimorare almeno per un triennio in qualche seminario o convitto ecclesiastico; e dove ciò non possa farsi, non abbia almeno portato per tre anni l'abito chericale con licenza del proprio Ordinario, ed in tutto il triennio, o almeno per la maggior parte delle feste di precesso di ciascuno de' tre anni, non abbia servito a qualche chiesa nella maniera che gli sarà dal proprio vescovo prescritta, scomputando questo servizio colla dimora che avrebbe dovuto fare in qualche seminario o convitto ecclesiastico, ecc.

Ac ultimo loco dicitur: *Chiunque sarà promosso alla prima tonsura, agli ordini minori o agli ordini sagri, contro la forma prescritta nel presente regolamento, oltre alle pene di sopra accennate, rimarrà perpetuamente sospeso dall'esercizio dell'ordine già conferitogli. E chi lo avrà così ordinato, o pure gli avrà a tal'effetto concedute le dimissorie, se sarà vescovo,*

fixis, componendumque est juxta taxam syndalem cuiusvis dioecesis, dummodo idem patrimonium nec minus viginti quatuor nec maius quadraginta ducatis sit. 3. Praeter beneficium, capellaniam perpetuam aut perpetuam pensionem ecclesiasticam (quae dicto modo requiruntur) aut patrimonium integrum, prima tonsura nemini conferri poterit qui, post decimum suae aetatis annum, non triennium saltem in seminario quodam aut convictu ecclesiastico habitaverit; vel si hocce fieri non potuit, tres saltem annos vestem clericalem cum licentia Ordinarii sui non gestaverit, ac toto triennio aut hujus saltem plerisque festis de pracepto alicui ecclesiae, modo ab episcopo praescripto, inservierit, compensando hoc ministerio habitationem, quam forte in seminario aut convictu ecclesiastico instituisse...

Quisquis ad primam tonsuram, ordines minores aut maiores contra hujus legis sanctionem promotus fuerit, praeter poenas superdictas, suspensus erit in perpetuum ab

sarà sospeso per un anno dalla collazione degli ordini e dall'esercizio de' pontificali; e non essendo vescovo, ma prelato inferiore coll'uso de' pontificali, sarà sospeso per sempre dall'esercizio de' medesimi; e non avendo l'uso di essi, come pure

qualunque altra persona costituita in dignità, per sempre sarà sospesa dall'esercizio dell'ufficio e de' suoi ordini. — An autem haec suspensio sit latae vel ferendae sententiae? Vide dicenda de Censur., Lib. VII, n. 8.

exercitio ordinis suscepti; qui vero ipsum sic ordinavit vel litteras dimissorias ad hunc effectum concessit, si episcopus sit, per annum a collatione ordinum et exercitio pontificalium suspensus erit; si non sit episcopus,

sed praelatus inferior cum jure pontificalium, in perpetuum ab horum exercitio suspensus erit; si vero usum pontificalium non habens, in dignitate aliqua sit constitutus, in perpetuum ab officio et ordine suspensus erit».